crimen: Postumo crimen vestitus adferet is, in quo *uno* spes fuit? Rab. Post. 27. ſ. calamitatem; Cluent. 168. causam; Cluent. 49.

cupiditatem: quibus primus annus hauc cupiditatem attulisset; leg. agr. II. 93.

decus: clarissimorum virorum formas illi taeterrimo parricidae aliquid decoris adferre; Milo 86.

dedecus: quae inimicitiae dolorem utrique nostrum fortasse aliquando, dedecus vero certe numquam attulerunt; Scaur. 32.

deprecationem: huic quidem adferet aliquam deprecationem periculi aetas illa; Rabir. 26.

desperationem: his igitur omnibus victoriam sperantibus pacis nomen adferemus, id est desperationem victoriae? Phil. XII, 10.

diem: quo, quaeso, accessisti, quo nou attuleris istum tecum diem? Verr. II, 52.

dignitatem: sin autem ... vos eis repugnantibus per vosmet ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis; imp. Pomp. 64. qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? Muren. 22. ut iam videatur honoris amplissimi nomen plus invidiae quam dignitatis adferre; Sulla 81. hi tot equites Romani, tot tribuni aerarii ..., quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? Planc. 21.

diligentiam: iste motus servitiorum bellique subita suspicio utrum tibi tandem diligentiam custodiendae provinciae an novam rationem improbissimi quaestus attulit? Verr. V, 15.

dolorem: scilicet tibi graviorem dolorem patrui [tui] mors attulit quam C. Graccho fratris; Rabir.

14. neque enim tibi haec res adfert dolorem, sed quandm incredibilem voluptatem; Catil. I, 25. mihine ||mihi|| maiorem hac res dolorem quam Q. Hortensio, mihine maius odium adferre debent? Sulla 3. ſ. dedecus.

donum: qui cum ceteris rebus illud quoque eximium ac pulcherrimum donum in Capitolium adferrent; Verr. IV, 64. reliquis consecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod cotidie adferre rei publicae; Phil. I, 32.

dubitationem: quorum (legatorum) exspectatio dubitationem belli adfert; Phil. V, 31.

edictum: nec ita multo post edictum Bruti adfertur et Cassii; Phil. I, 8. D. Bruti ... edicto adlato atque proposito; ib. V, 28.

egestatem: cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egestatem; Sex. Rosc. 13.

epistulam: is epistulas compluris attulerat; Verr. II, 64. cum Valentio eius interpreti epistula Agrigento adlata esset; ib. IV, 58.

exemplum: credo enim, adferet aliquod scelerati hominis exemplum; Phil. XIII, 34.

existimationem: quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaque attulit; Quinct. 99.

exsilium: imaginem, quae domi posita pestem atque exsilium Sex. Titio attulit ||attulisset||; Rabir. 25.

exspectationem: quam enim spem ||rem|| et exspectationem, quod studium et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus, quod Roscii fuit discipulus! Qu. Rosc. 29. quantam exspectationem magnitudo iudicii sit adlatura; div. Caec. 42.

facem: adfers faciem novam, nomen vetus, purpuram Tyriam *eandem;* Flacc. 70. ſ. auctoritatem; Phil. VIII, 23.

facultatem: cum ... ad agendum facultatis (in me) tantum (sit), quantum homini vigilanti ex forensi usu prope cotidiana dicendi exercitatio potuit adferre; imp. Pomp. 2. nulla pars, quae aliquam facultatem discendi ||dicendi|| adferre posset, non mea fuit ||mea fuit||; Rab. Post. 9. ſ. auctoritatem; Muren. 4.

familiaritatem: quocum mihi amicitiam res publica conciliavit ..., familiaritatem consuetudo attulit; Deiot. 39.

fastidium: ista nostra adsiduitas, Servi, nescis quantum interdum adferat hominibus fastidii, quantum satietatis; Muren. 21.

favorem: ſ. exspectationem; Qu. Rosc. 29.

felicitates: ea vis ..., quae saepe incredibilis huic urbi felicitates atque opes attulit; Milo 84.

festinationem: ecquid ||quid|| adferebat festinationis, quod heres erat? Milo 49.

fictum: ille ad eos, a quibus audiebatur, cotidie aliquid de *me* ficti ||defecti|| adferebat; Sest. 133.

fidem: qui nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere; div. Caec. 25.

finem: si finem edicto praetoris adferunt Kalendae Ianuariae; Verr. I, 109. diuturni silentii ... finem hodiernus dies attulit; Marcell. 1. ut tropaeis et monumentis tuis adlatura finem sit aetas; ib. 11. nulla res ei finem caedendi nisi defatigatio et satietas attulisset; Phil. V, 20. etiam si ille dies vitae finem mihi adlaturus esset; ib. VI, 2.

fortunas: tu periculum capitis, tu iudicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in iudicium adferas? Cluent. 186.

fruges: ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur frugesque attulisse; Verr. IV, 108.

gratiam: unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae; Quinct. 32. L. Murenae provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit; Muren. 42. ſ. auctoritatem; Muren. 59.

honestatem: ſ. existimationem.

ignem: obsessum te dicis, ignem adlatum; Verr. I, 80.

imaginem: numquam profecto istam imaginem ... in rostra atque in contionem attulisses; Rabir. 25.

indicia: viderat ille Murenam ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia adferre; dom. 134. ſ. auxilia. fortunas.

industriam: qui si attulerint nervos et industriam, mihi crede, excutient tibi istam verborum iactationem; Sulla 24.

ingenium: ſ. fidem.

invidiam: si in iudicium nihil praeter invidiam attulissent; Cluent. 160. nam si locus adfert invidiam, nullus locus est ad statuam rostris quidem clarior; Deiot. 34. ſ. dignitatem; Sulla 81.

laetitiam: quarum (victoriarum) nulla neque tam diuturnam attulit laetitiam nec tantam; Milo 77.

languorem: exspectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non videt? Phil. VII, 1.

laudem: ut meae vigiliae meaeque litterae et iuventuti utilitatis et nomini Romano laudis aliquid adferrent; Phil. II, 20.

legem: descriptam [ad me] legem adferunt; leg. agr. II. 13. maiores nostri ... leges annalis non habebant, quas multis post annis attulit ambitio; Phil. V, 47.

litteras: litteras ||litterasque|| a patre adferunt ante Kalendas Decembris; Verr. II, 97. eodemque [ei] tempore de eadem re litterae complures a multis eius amicis ac necessariis adferuntur; ib. is ab isto litteras adfert; ib. III. 92. quas (litteras) ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum adlatarum libris, Romae in litterarum missarum apud magistrum L. Tullium ... inveni; ib. 167. quod vos ... ex litteris quidem nostris ..., et missis et adlatis, certe scire potuistis; Font. 18. L. M. AD C. ANNIUM LEG. AD C. FONTEIUM LEG. L. A. A C. ANNIO LEG. A C. FONTEIO LEG.; ib. equitibus Romanis ... adferuntur ex Asia cotidie litterae; imp. Pomp. 4. ab altero adlatae litterae, recitatae, relatum ad senatum; Piso 44. de litteris, quae a Q. Caepione Bruto pro consule adlatae et in hoc ordine recitatae sunt. Phil. X, 25.

lucem: tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem adferre rei publicae potuit, ut ..? imp. Pomp. 33. nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucem adferre coepit; ib. 41. cuius memorabilis ac divina virtus lucem adfert rei publicae; Phil. XIII, 44.

luctum: attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum; Catil. III, 24. nec tantum maerorem ac luctum senatui mors P. Clodii adferebat, ut ..; Milo 13. ſ. egestatem.

maerorem: ſ. luctum; Milo 13.

magnitudinem: me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse; Milo 1.

malum: quid tandem illi mali mors attulit? Cluent. 171. ſ. bonum; Verr. IV, 141.

manus: domino a familia sua manus adlatas esse ante suos Lares familiaris; Quinct. 85. illine tu templo ... manus impias ac sacrilegas adferre conatus es? Verr. I, 47. pro se quisque manus adfert; ib. 67. si equitibus Romanis ... manus ab Apronio isto praetore sine ulla dubitatione adferebantur; ib. III, 60. eisne rebus manus adferre non dubitasti? ib. IV, 101. nonne ... hoc intellegamus necesse est, eum detrudi, cui manus adferantur? Caecin. 49. Ancharii et Paceni pastoribus huius vilicum vim et manus attulisse; Cluent. 161. qui sibi a Cluentio servisque eius in taberna sua manus adlatas esse dicat; ib. 163. quo si liber ... accesserat, manus adferebantur; har. resp. 24. impetum faciunt in Fabricium, manus adferunt; Sest. 75. tibi in conventu Puteolis manus esse adlatas; Vatin. 12. manus tibi ne adferantur? Piso 65.

**medicamentum**: ut medicamentum, non venenum Diogenes adferret; Cluent. 53.

**medicinam**: deinde singulis medicinam consilii atque orationis meae, si quam potero, adferam, Catil. II, 17.

**metum**: naves inanes, quae praedam praetori, non quae praedonibus metum adferrent; Verr. V, 63.

**moram**: ut crudelissimi taeterrimique supplicii aliquam parvam moram saltem posset adferre; Verr. V, 165. domo sibi quaerendum remedium existimavit ad eam moram, quae nuptiis adferebatur; Cluent. 27. ne quis moram ullam adferret; Sest. 129. quaero ... num quando tibi moram attulerit quominus concilium advocares ..., quod eo die scires de caelo esse servatum? Vatin. 15. certe ista legatio moram et tarditatem adferet bello; Phil. V, 25. etiamne hanc moram adferemus ‖[adferemus]‖, dum proficiscantur legati? ib. 31. mora est adlata bello, non causa sublata; ib. VI, 1. ſ. causam; Verr. II, 143.

**mortem**: „ut uno ictu securis adferam mortem filio tuo, quid dubis?“ Verr. V, 118. si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset; Phil. IX, 5. is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit; ib. 7.

**motum**: quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum adferre poterat; Catil. II, 4.

**necessitatem**: sed mihi ... necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius, qui ..; Phil. X, 2.

**nervos**: ſ. industriam.

**nomen**: quo modo hoc nomen ad rationes magistratus, quo modo ad pecuniam publicam adlatum est? Verr. III, 181. gravius si quis attulerit nomen, libenter adsentiar; Phil. XIV, 10. ſ. desperationem. faciem.

**nummos**: Volcatius animo aequissimo nummos adfert; Verr. II, 56.

**nuntium**: ut exoptatum inimico nuntium primus adferret; Sex. Rosc. 19. adfertur nocte intempesta gravis ‖iutempesta‖ huiusce cladis ‖mali‖ nuntius Syracusas; Verr. V, 92. ex ea (provincia) *a* te imperatore nuntius ad senatum adlatus est nullus; Piso 44. adlato nuntio de legione quarta; Phil. III, 24. cum repente .., adfertur ei de quarta (legione) nuntius; ib. XIII, 19.

**obscuritatem**: si tuae res gestae ceterorum laudibus obscuritatem attulerunt; Deiot. 12.

**odium**: odium, quod in ipsum attulerant; Piso 93. ſ. dolorem; Sulla 3.

**opes**: ſ. felicitates.

**opinionem**: si quam huc graviorem de illo iudicio opinionem attulistis; Cluent. 142. ſ. auctoritatem; Sulla 10.

**opus**: si quod erat grande vas et maius opus inventum, laeti adferebant; Verr. IV, 47.

**os**: ſ. causam; Vatin. 5.

**otium**: nihil esse tam populare, quam id, quod ego vobis in hunc annum consul popularis adfero, pacem, tranquillitatem, otium; leg. agr. II, 102. ſ. concordiam.

**pacem**: pacem ipsam si adferrent; Phil. XII, 17. ſ. bellum. concordiam. otium.

**periculum**: ſ. fortunas.

**pestem**: ſ. exsilium.

**postulationem**: ego contra brevem postulationem adfero, et ... aliquanto acquiorem; Sex. Rosc. 7.

**potentiam**: ſ. auctoritatem; Mureu. 59.

**praedam**: ſ. metum.

**praeiudicatum**: (postulo) ut ne quid huc praeiudicati adferatis; Cluent. 6.

**proscriptiones**: isti ‖illi‖ igitur [Pergameni] proscriptiones quas tu adferebas repudiaverunt; Flacc. 76.

**purpuram**: ſ. faciem.

**rationem**: quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui ... non heredem ... certiorem faceret, appellaret, rationem adferret? Quinct. 38. quin eius facti si non bonam, at aliquam rationem adferre soleant; Verr. III, 195. ut ... in eam rem non solum rationes adferret, sed etiam ..; Caecin. 69. deinde nihil rationis adfers, quam ob rem ..; ib. 96. neque enim ratio adferri potest, cur ..; ib. 101. quam attulisti rationem populo Romano cur eum restitui oporteret? Phil. II, 56. ſ. diligentiam.

**religionem**: tibi illa Diana in pace atque in otio religionem nullam attulit? Verr. IV, 78. quia ... statuebantur arae quae religionem adferrent ipsi loco, quo essent consecratae; dom. 128.

**rem**: et multae res adferri possunt et ..; Sex. Rosc. 123. possumne rem magis iudicatam adferre? Verr. II, 174. „in illo, nisi res manifesta erit ita adlata ‖adlata ita, al.‖, ut responderi nihil possit, vicimus;“ ib. III, 145. adferam rem eius modi in decumis, ut ..; ib. 146. nulla re nova adlata; ib. V, 22. eum de his rebus iussi si quid vellet, quae ad me adlatae essent, dicere; Mureu. 51. ut neque adlata sit a me res inopinata ac recens, nec ..; dom. 9. at videte quanta sit vis huius Papiriae legis in re tali, non qualem tu adfers, sceleris plenam et furoris; ib. 130. cum tu rem te ad eos non ab aliis tibi adlatam, sed a te ipsa compertam deferre diceres; Cael. 68. negat Caelium rem ullam novam adlatam esse; Phil. XII, 3. ante vero, quam sit ea res, quam avidissime civitas exspectat, adlata, laetitia frui satis est; ib. XIV. 1. ſ. causam; Cluent. 49.

**robur**: ſ. dignitatem; Planc. 21.

**sacra**: non ut (sacra) ab illis huc adlata, sed ut ceteris hinc tradita esse videantur; Verr. V, 187.

**salutem**: cum in ceteris Siciliae civitatibus senatum populumque docuissem quid eis utilitatis, quid salutis adferrem; Verr. IV, 138. cum suo periculo salutem populo Romano attulisset; Milo 63. quam tu salutem rei publicae attulisti! quam improvisam! quam repentinam! Phil. III, 27. ſ. dignitatem; imp. Pomp. 64.

**satietatem**: ſ. fastidium.

**scelus**: non dubito quin admiratus sis ..., quidnam novi [sceleris] adferret; Ligar. 17. unde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum et cogitatum scelus; Phil. II, 85.

**scyphos**: „iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim adferre;“ Verr. IV, 32.

**seditiones**: eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum tumultum ‖metum‖ nobis seditionesque adferebant; Sulla 66.

**sellam**: quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in praefecturam illam sellam curulem attulisset; Planc. 19.

**senatus consultum**: scriptum senatus consultum quod fieri vellet attulit; Phil. I, 3.

**sententiam**: scriptam attulerat consularis quidam sententiam; Phil. III, 20.

**HS**: o societatem captiosam et indignam, ubi alter HS IↃↃↃ ∞, alter CCCIↃↃↃ quod sit in societatem adfert! Qu. Rosc. 29.

**spem**: cum M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset; Milo 40. ut oratio consulum ... spem .. attulit non modo salutis conservandae, verum etiam dignitatis pristinae recuperandae, sic ..; Phil. V, 1. cum duo consulares spem honestae pacis nobis attulissent; ib. XII, 1. spe adlata deditionis; ib. 2. ſ. alacritatem; Phil. IV, 1. audaciam. exspectationem; Qu. Rosc. 29.

**spiritus**: res enim gestae, credo, meae me nimis extulerunt ac mihi nescio quos spiritus attulerunt; Sulla 27.

**studium**: ut, quantum mea fides studii mihi adferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat; Deiot. 1. ſ. auctoritatem; Sulla 10. exspectationem; Qu. Rosc. 29.

superbiam: ut intellegatis quantam locus ipse adferat superbiam; leg. agr. II, 92.

supplicium: quae crux huic fugitivo potest satis supplicii adferre? Deiot. 26.

suspicionem: de quo nulla umquam suspicio durior aut ad senatum aut ad imperatores adlata nostros est; Sest. 59. veritus sum ne meus repentinus ad meos necessarios adventus suspicionis aliquid adferret; Phil. I, 7. mentio a te facta pacis suspicionem multis attulit immutatae voluntatis; ib. XII, 18.

tabulas: tabulas .. societatis in forum adfero ‖defero‖; Verr. II, 187.

tarditatem: quid? si etiam tarditatem adfert ista sententia ad Dolabellam persequendum? Phil. XI, 25. ſ. moram; Phil. V, 25.

tenebras: o nox illa, quae paene aeternas huic urbi tenebras attulisti! Flacc. 102.

timorem: ſ. animum; Phil. VIII, 22.

tranquillitatem: ſ. concordiam. otium.

tumultum: ſ. seditiones.

vas: ſ. opus.

venenum: ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc praeiudicaretur; Cluent. 172. quaesivit venenum, sollicitavit quos potuit, paravit, locum constituit, attulit; Cael. 31. ſ. medicamentum.

verbum: quod verbum tibi non excidit, ut saepe fit, fortuito: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti; Phil. X, 6.

vim: ita possideto, ut Quinctio vis ne adferatur; Quinct. 85. quam multis istum ingeniis, quam multis matribus familias in illa taetra atque impura legatione vim attulisse existimatis? Verr. I, 62. id parari ut filiae suae vis adferretur; ib. 67. cum ... voce maxima vim me sibi adferre clamaret; ib. IV, 148. si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut corpori potuerint adferre; Caecin. 61. non modo ut sumptum faciat in militem nemini vis adfertur, sed ..; imp. Pomp. 39. si quidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciavit; Cluent. 32. qui impelluntur ut vim adferant magistratibus; dom. 89. dubitatis quin ei vis esset adlata? Sest. 62. num consuli vim attulerit; Vatin. 5. qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint; Cael. 1. ut illi auiculae non ille quidem vim adferret ..., sed..; Scaur. 10. vis vitae ‖vita‖ eius adlata paene est; Rab. Post. 22. intertectus ab eo est, cui vim adferebat; Milo 9. ut illa, credo, nefaria senatus consulta fierent, vim adferebam senatui; Phil. II, 16. poenam non extimescet, qui mihi vim attulerit; ib. XII, 26. ſ. auctoritatem; Muren. 59. manus; Cluent. 161.

voluntatem: tenuit se neque attulit in iudicium quicquam ad laedendum nisi voluntatem; Flacc. 11.

voluptatem: reliquae meae fortunae recuperatae plus mihi nunc voluptatis adferunt quam tum in incolumitate ‖incolumitatis, al.‖ adferebant; Quir. 3. ſ. dolorem; Catil. I, 25.

utilitatem. ſ. laudem. salutem; Verr. IV, 138.

**adficio**, behaften, erfüllen, erregen, ſchwächen, behandeln: alqm: sic ille adfectus illim ‖illinc‖ tum pro mortuo sublatus perbrevi postea est mortuus; Verr. V, 142. in his L. Murenae tantis tamque improvisis periculis ita sum animo adfectus, ut ..; Muren. 55. quonam modo ille vos vivus adficeret, quos mortuus inani cogitatione percussit? Milo 79. qui cum ita adfectus esset, ut ..; Phil. IX, 2 est autem ita adfectus, ut ..; ib. 12. — **alqd re**: aetate: ſ. genus. — amentia: suum quemque scelus agitat amentiaque adficit; Sex. Rosc. 67. — animo: ſ. virum; Verr. III, 60. — beneficio: quis non maximo se adfectum beneficio putavit, cum ..? Verr. III, 42. Siculi ... plurimis adfecti beneficiis a maioribus nostris; ib. V, 115. me hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis adfectum; imp. Pomp. 71. non enim hac exceptione unus adficitur beneficio, sed unus privatur iniuria; leg. agr. I, 13. cum tantis a vobis, patres conscripti, beneficiis adfectus sim tantisque honoribus; Piso 32. ſ. virum; imp. Pomp. 51. — calamitate: ſ. civem; dom. 33. miserum. — commodis: quae ... maxime ex omnibus servis Stratonem illum dilexerat ..., commodis omnibus adfecerat; Cluent. 184. — contumelia: quis enim unquam tanta a quoquam contumelia, quis tanta ignominia adfectus est? Verr. II, 139. — cruce: ſ. civem; Verr. I, 9. — cruciatu: quo cruciatu sit adfectus venire in mentem necesse est omnibus; Verr. IV, 87. ſ. civem; Verr. I, 9. — damno: ſ. mulierem. — detrimentis. adfectum illum quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui meminerant; Deiot. 8. — difficultatibus: cum tot tantisque difficultatibus adfectus atque adflictus in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit; Quinct. 10. ſ. populum; div. Caec. 8. — dolore: hic vero tanto dolore adficior, ut ..; Verr. IV, 83. mediocrine tandem dolore eos adfectos esse arbitramini? ib. 132. quo dolore me adfici creditis, cum ..? Phil. XIV, 17. — honore: quanto honore ipsa ex illorum dignitate adficeretur; Sex. Rosc. 147. qui te totiens seniorum iuniorumque centuriis illo honore adfici pronuntiavit; Verr. V, 38. hunc praesentem eis adfecit honoribus, quos habuit amplissimos; Font. 14. quod hoc honore ex novis hominibus primum me multis posthabitis ‖post annis‖ adfecistis, quod prima petitione, quod anno meo; leg. agr. II, 4. is potissimum summo honore adfecto defensor daretur, qui ..; Muren. 4. adficiebatur summo honore, quod ..; Arch. 6. ut eos, qui bene rem publicam gesserint, novis honoribus adficiat et numero dierum et genere verborum; Piso 45. ut eum amplissimo regis honore et nomine adfeceris; Deiot. 14. ſ. beneficio; Piso 32. conservatorem. — ignominia: at non nemo aut ignominia adfectus aut iudicio turpi convictus bonis quidem suis utitur; Quinct. 49. si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te adfecisset, quam ..; Verr. II, 140. qui a senatu peteret, ut Ileius adficeretur ignominia; ib. IV, 18. ſ. contumelia. mortuum. — incommodo: quamquam nullo incommodo adficiantur (Gaditani), si ..; Balb. 44. ſ. detrimentis. populum; div. Caec. 8. — iniuria: ut se tanta iniuria adficeret; Verr. I, 126. cupidissimi veniendi, maximis iniuriis adfecti, adhuc non venerunt; ib. II, 65. ut quivis intellegere posset, eum, quod pecuniam non dedisset, idcirco illa tam acerba iniuria adfici; ib. V, 17. ei, qui adfecti iniuriis ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt; Font. 33. ſ. civem; Verr. V, 149. hominem Verr. II, 110. senatores. — inopia: ſ. mortuum. — laetitia: an ego, si te et Gabinium cruci suffixos viderem, maiore adficerer laetitia ex corporis vestri laceratione, quam adficior ex famae? Piso 42. ſ. Italiam. — laudibus: cum Brutum ... exercitumque eius ... bellum gerentem cum Antonio proviuciamque fidelissimam atque optimam [Galliam] laudibus amplissimis adfecistis; Phil. VII, 11. — luctu: ut eos, quos luctu adficeret, lugere non sineret; Piso 18. — metu: ſ. piratas. morbo: is .. cum gravi morbo adfectus esset; Cluent. 33. Ser. Sulpicius ... gravi periculosoque morbo adfectus; Phil. IX, 15. — morte: ſ. civem; Verr. I, 9. inimicos. — nomine: ſ. honore; Deiot. 14. — ornamentis: videte nunc eos, qui a vobis nihil potestatis acceperunt ‖acceperint‖, quanto maioribus ornamentis adficiat, quam omnes nos adfecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis; leg. agr. II, 31. ſ. populum; Balb. 43. — poena: qua is tandem poena adficietur aut quo iudicio damnabitur? Sex. Rosc. 113. si ... statuis, qui in eadem culpa sit, non eadem poena adfici convenire; Cluent. 129. quid erat quod iam Oppianicum poena adfectum pro maleficiis ... quisquam timeret? ib. 170. ut, qua poena senatus adfecerat eversorem civitatis, eadem iste oppresso se-

natu adficeret eum, quem patres conscripti custodem patriae indicasseut; dom. 102. si omnes, quos aut fortuna extulit aut ipsorum illustravit labor et industria, poena essent ||poenae sunt, al.|| adficiendi; Balb. 18. ſ. principes. vitricum. — praemio: quae est ista societas ..., ut ... nulla condicione huius civitatis praemiis adfici possit? Balb. 23. mitto ereptam libertatem populis ac singulis, qui erant adfecti praemiis nominatim; Piso 90. manu vero cur miserit, si id potius quaeris, quam cur parum amplis adfecerit praemiis, nescis inimici factum reprehendere; Milo 57. ſ. civem; Milo 82. hominem; Balb. 7. indices. — pudore: quoniam et ipse pudore quodam adficeretur ex sua laude et ..; Caecin. 77. — satietate: ſ. piratas. — sensu: an vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus et maeror pari sensu doloris adficit? Verr. V, 123. stipendio: ſ. exercitum. — supplicio: poteroae eos adficere supplicio, qui ..? Verr. V, 104. *ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ* inquit, hoc est, ut Siculi loquuntur, supplicio adfecti ac necati sunt; ib. 148. interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio adfectum iam pridem oportebat; Catil. II, 3. nec mihi ille M. Regulus ... supplicio videtur adfectus; Piso 43. quem ne maiorum quidem more supplicio adfecisti; ib. 83. ſ. dominos. fugientis. homiuem; Verr. V, 69. vilicum. virum; Piso 42. — timore: ſ. hominem; Quinct. 6. — turpitudine: neque eos quicquam aliud adsequi classium nomine nisi ut detrimentis accipiendis maiore adfici turpitudiue videremur; imp. Pomp. 67. — virtutibus: omnibus virtutibus me adfectum esse cupio; Planc. 80. — vitiis: circumspice quibus praeterea vitiis adfectum esse necesse sit eum, cui vere istud obici possit; Muren. 13. [his enim vitiis adfectos et talibus malos aut audacis appellare consuetudo solet]; Phil. XIV, 7. — voluptate: nunc vero, patres conscripti, non parva adficior voluptate, .. quod ..; prov. cons. 1.

alqd: ut ea, quae per eum adfecta sunt, perfecta rei publicae tradat; prov. cons. 29.

aetatem: nemo Agrigenti neque aetate tam adfecta neque viribus tam infirmis fuit, qui non ..; Verr. IV, 95.

bellum: bellum adfectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum; prov. cons. 19.

civem: cum civis Romanos morte, cruciatu, cruce adfecerit; Verr. I, 9. quod cives Romani iniuria adfecti ... dicerentur; ib. V, 149. nego potuisse iure publico ... quemquam civem ulla eius modi calamitate adfici sine iudicio; dom. 33. populi grati est praemiis adficere bene meritos de re publica civis; Milo 82.

civitatem: Syracusanam quidem civitatem, ut abs te adfecta est, ita in te esse animatam videmus; Verr. IV, 151.

conservatorem: vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem non modo honoribus nullis adficietis, sed etiam ..? Milo 80.

dominos: quo supplicio dominos indemnatos adficiebat, hoc servos damnatos liberabat; Verr. V, 18.

eversorem: ſ. alqm. poena; dom. 102.

exercitum: idem in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio adfecit; Balb. 61. ſ. alqm. laudibus.

fugientis: ex Hispania fugientis se excepisse et supplicio adfecisse dicit; Verr. V, 151.

genus: tertium genus est aetate iam adfectum, sed tamen exercitatione robustum; Catil. II, 20.

hominem: primum magnitudo periculi summo timore hominem adficit, quod ..; Quinct. 6. at quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni iniuria adfecisti? Verr. II, 110. quoniam (homo) in Syracusano captus erat, maxime, si minus supplicio adfici, at custodiri oportebat; ib. V, 69. qui si adductus gratia minus idoneum hominem praemio adfecisset; Balb. 7.

indices: indices hesterno die maximis praemiis adfecit; Catil. IV, 10.

inimicos: homines inimicos suos morte adfici volunt .. quod ..; Cluent. 169.

Italiam: quis est qui non ... T. Annium ... maxima laetitia populum Romanum, cunctam Italiam, nationes omnis adfecisse et dicat et sentiat? Milo 77.

miserum: quod si tibi causa nulla est cur hunc miserum tanta calamitate adfici velis; Sex. Rosc. 146.

mortuum; cum is, cui fama mortui, fortunae vivi commendatae sunt atque concreditae, ignominia mortuum. *inopia vivum* adfecerit; Sex. Rosc. 113.

mulierem: neque enim metuebat ne praetore Verre decumana mulier damno adfici posset; Verr. III, 77.

nationes; ſ. Italiam.

piratas: postea quam e portu piratae non metu aliquo adfecti, sed satietate exieruut; Verr. V, 100.

populum: populus Romanus interea, tametsi multis incommodis difficultatibusque adfectus est, tamen ..; div. Caec. 8. omitto quantis ornamentis populum istum C. Caesar ... adfecerit; Balb. 43. ſ. Italiam.

principes: principibus sceleris poena adfectis; Phil. I, 30.

provinciam: ſ. alqm. laudibus.

senatores: cum senatores summis iniuriis adficis, quid aliud dicis nisi hoc: ..; Verr. III, 96.

Siciliam: cum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi adfecta visa est, ut eae terrae solent, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est; Verr. III, 47.

vilicum: ut ... dominus ... summo supplicio vilicum adficiat; Verr. III, 119.

virum: damna ... nulla tanta sunt, quae non viri fortes ac magno et libero animo adfecti ferenda arbitrentur; Verr. III, 60. vir clarissimus ..., vestris beneficiis amplissimis adfectus, Q. Catulus; imp. Pomp. 51. nullum est supplicium putandum, quo adfici casu aliquo etiam boni viri fortesque possunt; Piso 42.

vitricum: vitricum tuum fuisse in tanto scelere fatebare, poena adfectum querebare; Phil. II, 18.

vivum: ſ. mortuum.

ultorem: ſ. conservatorem.

**adfigo,** anheften, einprägen: alumnum: ut ... Italia .. alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio adfixum ||defixum, al.|| videret; Verr. V, 169.

caput: caput abscidit, idque adfixum gestari iussit in pilo; Phil. XI, 5.

causam: reliqua est ea causa .., quae iam non recepta, sed innata, neque delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est; Verr. V, 139.

litteram: litteram illam ... ita vehementer ad caput adfigent, ut ..; Sex. Rosc. 57.

**adfingo,** hinzudichten: alqd: ne quis forte me in crimine obscuro versari atque adfingere aliquid suspicione hominum arbitretur; Verr. IV, 67. ut intellegatis in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error adfinxerit, quid invidia conflarit; Cluent. 9. fit enim plerumque ut ei, qui boni quid volunt adferre, adfingant aliquid quo faciant id, quod nuntiant, lactius; Phil. I, 8.

laudem: ut neque vera laus ei detracta oratione mea neque falsa adficta esse videatur; imp. Pomp. 10.

**adfinis,** angrenzend, benachbart, verſchwägert, Schwager, betheiligt an: I. **absolut:** 1. **Subject:** deprecantur: non enim pro meo reditu ... adulescentes filii et multi praeterea cognati atque adfines deprecati sunt; Quir. 6.

ducunt: si te vicini, si adfines, si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint; Vatin. 39.

erubescunt: si cognati respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, adfines erubescunt; Vatin. 39.

obit: vadimonium mihi non obiit quidam socius et adfinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit; Quinct. 54.

oderunt: s. ducunt.

2. **Attribut und Appoſition:** unus fuit, adfinis, socius, necessarius, Sex. Naevius, qui ... contenderet; Quinct. 74. Vettius, tuus familiarissimus, Vettius, tuus adfinis, cuius sororem habes in matrimonio, ... testatur ..; Verr. III, 168. quod frater consul ne fieret obstiterat, quod adfinis et sodalis clarissimus vir ... excluserat; har. resp. 45.

3. **Prädicat:** sum: hi autem quidam erant adfines istius, quorum iste uxores numquam alienas existimavit; Verr. II, 36. neque se usque eo Sthenio esse inimicum, ut cum rei capitalis adfinem esse diceret; ib. 94. emit agrum de C. Claudio senatore, cui fundo erat adfinis M. Tullius; Tull. 14. quantum facinus ad vos delatum sit videtis: huic si paucos putatis adfinis esse, vehementer erratis; Catil. IV, 6. ubi neque homines fuisse putantur huius adfines suspicionis et ..; Sulla 17. circumspicite ... hosce ipsos homines, qui huic adfines sceleri fuerunt; ib. 70. quod alter mihi adfinis erat, alterius ..; Quir. 11. cum tu ei contumeliosissime totiens male dicas, quotiens te illi adfinem esse dicis; Vatin. 29. cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? cognatus? adfinis? viri tui familiaris? nihil eorum; Cael. 34. defende tu matrem *Bostaris, quam ipsam arguo huic culpae esse adfinem*; Scaur. c. 2. § 3. domi una eruditi, militiae contubernales, post adfines, in omni denique vita familiares; Ligar. 21.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** a. **Object und attributiv beim Object:** constringo: tu misericors me adfinem tuum ... constrictum inimicis rei publicae tradidisti; sen. 17.

excipio: quae (lex) non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, adfinis excipit, ne eis ea potestas curationis mandetur; leg. agr. II, 21.

habeo: quod habiturus essem contra tribunum plebis furiosum et audacem cum amicum et adfinem tum etiam fortem et gravem consulem; Sest. 20.

hortor: ut ad causam accederet nomenque deferret, Agathinum, novum adfinem atque hospitem, coepit hortari; Verr. II, 94.

interrogo: at vero M. Aebutium ..., Falcidii adfinem, nihil interrogas? Flacc. 93.

observo: una nox intercesserat, cum iste ... Agathinum ita observabat ut aliquem adfinem atque propinquum; Verr. II, 89.

repello: tu adfinem tuam, filiam meam, superbissimis et crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti; sen. 17.

spolio: iste, qui amicum, socium, adfinem fama atque fortunis spoliare conatus est; Quinct. 26.

trado: s. constringo.

b. **prädicativ beim Object:** iudico: verum id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc adfinem culpae iudicatote; Sex. Rosc. 18. duos solos video auctoritate censorum adfinis ei turpitudini iudicari; Cluent. 127.

2. **Dativ:** mando: s. 1. a. excipio.

3. **mit Präpoſitionen:** confero ad: te ad tuum adfinem non delectum a te, sed relictum a ceteris contulisti; dom. 134.

defendo per: ut non per L. Crassum, adfinem suum ..., sed paucis ipse verbis causam illam ... defenderit et probarit; Balb. 49.

intercedo (sum) cum: s. I, 1. obit.

vivo cum: ut vivat cum suis, primum cum parente ... quid dicam cum patruo, cum adfinibus, cum propinquis? Planc. 29.

III. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** inimicitiae: qui inimicitias adfinis mei, propinqui sui ... neglexit; sen. 38.

2. **Ablativ:** alqs: Sulla maximis opibus, cognatis, adfinibus, necessariis, clientibus plurimis; Cluent. 94.

3. **mit Präpoſition:** alqs ex: nemo illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem umquam liberis suis scripsit; Cluent. 41.

**adfinitas,** Verſchwägerung, Verwandtſchaft: I. **Subject:** intercedit: is, quicum tibi adfinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant; Quinct. 48.

II. **nach Verb:** divello: iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, adfinitas liberis istius vivis divelli nullo modo poterat; Quinct. 25.

III. **nach Subſtantiven:** coniunctio: illa sibi ad confirmandas inimicitias adfinitatis coniunctionem pignori fore putavit; Cluent. 190. quanta est in adulescente auctoritas, ea propter tantam coniunctionem adfinitatis minor est putanda; dom. 118.

discidia: quod apud ceteros novis inter propinquos susceptis inimicitiis saepe fieri divortia atque adfinitatum discidia vidimus; Cluent. 190.

ius: cum ius amicitiae, societatis, adfinitatis ageretur; Quinct. 53.

poenae: cum ... gravissimas poenas adfinitatis impurissimae sustineret; dom. 135.

vincula: qui est quidem cum illo maximis vinculis et propinquitatis et adfinitatis coniunctus; Planc. 37.

IV. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** adduci: ceteri novis adfinitatibus adducti veteres inimicitias saepe deponunt; Cluent. 190.

attingere: ut quisque te maxime cognatione, adfinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur; Verr. II, 27.

2. **Präpoſitionen:** pro: Romam sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret pro fraterna illa necessitudine et pro ipsius adfinitate; Quinct. 16.

propter: cognoram enim propter Pisonum adfinitatem quam longe hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset; sen. 15.

**adfirmo,** erklären, verſichern, behaupten: 1. **abſolut:** nihil agis — quamquam adfirmare de altero difficile est — de Lepido praesertim, quem ..; Phil. XIII, 43.

II. **mit Ergänzungsſatz:** accus. c. infin.: Q. Septicio ... resistente Apronio et adfirmante se plus decuma non daturum; Verr. III, 36. equestri vetere illa auctoritate et gratia fretus adfirmavit se decumanis plus quam deberet non daturum; ib. 61. Apollonius adfirmare se omnino nomine illo servum habere neminem; ib. V, 17. tantumque in hoc crimine suspicionis esse adfirmabo, ut ..; ib. 22. adfirmabat enim lacrimans non se cupidiorem esse civitatis retinendae quam existimationis: Cluent. 144. equidem hoc adfirmo, quod tu nunc de patruo tuo praedicas, neminem umquam adhuc de se esse confessum; Rabir. 23. Furiorum se adfirmavit numquam omnino nomen audisse; Flacc. 48. adfirmabat Postumus se vivo illam domum istius numquam futuram; dom. 115. ille se adfirmare postero die moram nullam esse facturum; Sest. 74. cum adfirmaret illum numquam, dum haec natio viveret, sine cura futurum; ib. 132. *te* hesterno pro testimonio esse mentitum, cum adfirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem ... fuisse; Vatin. 3. quibus cum iuratus adfirmasset se quae deberentur postero die persoluturum; Piso 93. tamen adfirmo et hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudem ampliorem quam ..; Marcell. 4.

non possum adfirmare nullis telis eos stipatos fuisse; Phil. V, 17.

III. **mit Object:** alqd: ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen adfirmare non auderem, si ..; Verr. III, 26.

**adfixus:** ſ. **adfigo.**

**adflicto,** unterdrücken, plagen: coloniae: tota civitas confecta senio est, squalent municipia, adflictantur coloniae; Milo 20.

homines: ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque adflictantur, sic ..; Catil. I, 31.

rem publicam: hoc enim etiam turpius adflictatur res publica, quod ..; har. resp. 40.

**adflictor,** Unterdrücker: odi: senatus odit te ..., adflictorem ac perditorem non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui: Piso 64.

**adfligo, adflictus:** niederſchlagen, niederdrücken: alqm: cum tot tantisque difficultatibus adfectus atque adflictus in tuam ... misericordiam P. Quinctius confugerit; Quinct. 10. nam eos (Siculos) quidem superioribus edictis satis perdiderat atque adflixerat; Verr. III, 37. quos ita adflictos a vestris patribus maioribusque accepissetis ut contemnendi essent: Font. 34. hunc in illo timore et fuga Tigranes ... adflictum erexit perditumque recreavit; imp. Pomp. 23. quanto tandem illum maerore esse adflictum et profligatum putatis? Catil. II, 2. si ... hunc vestris sententiis adflixeritis, quo se miser vertet? Muren. 88. ac L. Flaccum quidem, iudices, si ... gravis iniuria adflixerit; Flacc. 104. hic se ita fractum illa calamitate atque adflictum putavit, ut ..; Sulla 15. tum adflicto P. Sulla consulatus vobis pariebatur, sicuti partus est; Sulla 49. postea vero quis P. Sullam nisi maerentem, demissum adflictumque vidit? ib. 74. qui mihi primus adflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit; sen. 24. si qui similis istius ... quem ‖aliquem‖ mei dissimilem ... per vim adflixerit; dom. 120. quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc adflictum violare non debeo; Rab. Post. 19. ut tantus ille vir tanti ducat hunc, [et] adflictum praesertim et absentem; ib. 41. an [ut] ego, qui Catilinam haec molientem sustulerim, everterim, adflixerim, ipse exsisterem repente Catilina? Phil. XIV, 14. (vgl. hominem; Verr. II, 8).

alqd: haec, quae procul erant a conspectu imperii, non solum adflixerunt, sed etiam ... funditus ... sustulerunt; leg. agr. II, 87.

adulescentiam: ne ... adulescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque adflixisse videamini; Cael. 80.

amicitiam: fatetur se ... non ab adflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare; Quinct. 93.

animum: qui me animo nimis fracto esse atque adflicto loquebantur; dom. 97.

aratores: aratores funditus evertebantur, et eo magis, quod iam superioribus annis adflicti erant ac paene perditi; Verr. III, 77.

auctoritatem: auctoritas huius ordinis adflicta est; adflixit Antonius; Phil. II, 55.

causam: an causam susceptam adfligeret ‖*abiceret*‖? Sest. 89.

civis: quae (mors) tantum potuit, ut omnis civis perdiderit et adflixerit; Sex. Rosc. 33.

civitatem: verum non una te, sed universae similibus adflictae iniuriis et incommodis civitates legationibus ac testimoniis publicis persequuntur; Verr. III, 74. qui civitatum adflictarum perditis iam rebus extremi exitiorum solent esse exitus; leg. agr. II, 10. haec victrix ‖ultrix‖ adflictae civitatis rei publicae spoliis ornabitur? dom. 112.

condicionem: non tam adflictam regiam condicionem dolebam quam ..; Deiot. 3.

custodem, defensorem: huuc patronum, defensorem, custodem illius coloniae ... in hoc .. casu, in quo adflictus iacet, per vos iuvari conservarique cupiunt; Sulla 61.

domum: huius domum non solum adfligere ..., sed etiam in posterum tempus religione sempiterna obligare; dom. 106. deos immortalis existimatis ... in eius domum adflictam et eversam ... immigrare voluisse? ib. 107. multas adflictas et eversas domos (viderat)! Deiot. 33. quod domum Antonii adflictam maerore audiebam; Phil. XII, 2.

filium: qui (filius) quamquam adflictus luctu non adest, tamen ...; Phil. IX. 12.

fortunam: ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam; imp. Pomp. 24. si adflicta fortuna, si reliquiae pristinae dignitatis non tam illustres fuisseut, tamen ..; Sulla 37. ut se aliquando si non integra fortuna, at ut adflicta, patri suo gratulari sinatis; ib. 89. quae .. multi homines necessarii secundis Postumi rebus discripta sustinuerunt, nunc eius adflictis fortunis universa sustinet; Rab. Post. 41.

furorem: post eiusdem furorem Martia legio fregit, quarta adflixit; Phil. X, 21.

Graeciam: ut hanc Graeciam, quae iam diu suis consiliis perculsa et adflicta est, omittam; Flacc. 16.

hominem: testis, praesertim [Siculos] timidos homines et adflictos, ... deterrere; Verr. a. pr. 28. tametsi et illum annum pertulerant, qui sic eos (homines) adflixerat, ut salvi esse non possent, nisi ..; Verr. II, 8. non patitur hominem calamitosum uno malo adflictum uno in luctu perire; Sulla 91. videtis igitur hominem per se ipsum iam pridem adflictum ac iacentem perniciosis optimatium discordiis excitari; har. resp. 50. ille autem homo adflictus et perditus quae de se exspectat iudicia graviora quam amicorum suorum? Phil. III, 25.

innocentem: quod si qua calamitas hunc in hoc iudicio adflixerit innocentem; Cluent. 201.

Lyciam: quo modo Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam Phrygiamque totam frumento imperando, aestimando ... adflixerit non est necesse demonstrare verbis; Verr. I, 95.

milites: qui (milites) cum uno genere morbi adfligerentur neque se recreare quisquam posset; Piso 85.

monumentum: qui Catuli monumentum adfixit, meam domum diruit; Cael. 78.

navem: ad quos (scopulos) Sex. Titii adflictam navem et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres; Rabir. 25.

nomen: ut ... rem publicam proderes, consulare nomen adfligeres; Sest. 32.

ordinem: qui ad delendum senatum, adfligendum equestrem ordinem ... se illis fascibus ... ornatos esse arbitrabantur; Sest. 17. scribere ad eum ordinem, quem despexeras, quem adflixeras, quem deleveras; Piso 39.

Pamphyliam, Pisidiam, Phrygiam: ſ. Lyciam.

patriam: cum patrem pulsum, patriam adflictam deploraret; Sest. 121.

patronum: ſ. custodem.

propinquum: ut per se adflictum atque eversum propinquum suum non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret; Quinct. 74.

provinciam: an praetorem quem ad modum provincia adflicta sit nescire? Verr. III, 123. facta atque consilia ..., quibus illam tu provinciam adflictam et perditam erexisti atque recreasti; ib. 212.

publicanos: videtis non temeritate redemptionis aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii paene adflictos iam atque eversos publicanos; prov. cons. 11.

reliquias: in his pristinae fortunae reliquiis miseris et adflictis; Sulla 1.

rem publicam: qui cum senatu, cum bonis omnibus rem publicam adflictam excitarint; Sest. 1. quoniam ... in ruinis eversae atque adflictae rei publicae P. Sestii tribunatus est a Fortuna ipsa conlocatus; ib. 5. si ipsi prius tribuno plebis adflictam et constrictam rem publicam tradidissent; ib. 24. ut adflictae et perditae rei publicae quantum posset mederetur; ib. 31. video Milonem, ... custodem salutis meae, subsidium adflictae rei publicae ... sordidatum et reum; ib. 144.

reum: praesertim tam adflicto, tam inopi ‖opimo‖, tam infirmo, tam enervato reo; Piso 82.

senatum: ignaro populo Romano quid ageretur, senatu vero oppresso et adflicto; sen. 18. adflicto senatu, perterritis equitibus Romanis; dom. 96. adeone tibi sordidum consilium publicum visum est, adeo adflictus senatus, .. ut ..? Vatin. 35.

socios: socii stipendiariique populi Romani adflicti, miseri iam non salutis spem, sed solacium exitii quaerunt; div. Caec. 7.

statuam: illi autem statuam istius persimilem ... deturbant, adfligunt, comminuunt, dissipant; Piso 93.

stipendiarios: ſ. socios.

tribunatum: tertium scis ex illo obsesso atque adflicto tribunatu consularem auctoritatem hominem esse adulescentem consecutum; Vatin. 16.

vectigalia: cetera vectigalia belli difficultatibus adfliguntur; leg. agr. II, 83.

victorem: posse se ... illum externorum bellorum hostiumque victorem adfligere; har. resp. 49.

**adflo,** zuwehen, zutreiben: auram: sperat sibi auram posse aliquam adflari in hoc crimine voluntatis defensionisque ‖dissensionisque‖ eorum, quibus ..; Verr. I, 35.

**adfluens,** reich verſehen: alqs: deinde ad paucos opibus et copiis adfluentis totum agrum Campanum perferri videbitis; leg. agr. II, 82.

consul: alter ... (consul) unguentis adfluens, calamistrata coma; Sest. 18.

domus: domum .. illam in perpetuum scelerum omnium adfluentem reliquisset; Cluent. 189.

homo: largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate adfluens Famius Roscio? Qu. Rosc. 27. homo Venerius, adfluens omni lepore ac venustate; Verr. V, 142.

urbs: Antiochiae ..., celebri quondam urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluenti; Arch. 4.

**adfluentia,** Ueberfluß: aptus ex: ex hac copia atque omnium rerum adfluentia primum illa apta est adrogantia, qua ..; leg. agr. II, 95.

**adfor,** anſprechen: alqm: qui est locus aut tam desertus aut tam inhumanus qui illos, cum accesserint, non adfari atque appetere videatur? Phil. II, 33.

**adgredior,** herangehen, angehen, angreifen: I. **absolut:** alqs: non, opinor, eos (Gallos) in cuniculum, qua adgressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret; Caecin. 88. — ad: Cluent. 8. Muren. 15. Flacc. 34. Sest. 3. 5. 141. Balb. 18: ſ. **ad;** l. adgredior (S. 61. 1).

II. **mit Object:** alqm: primo illo suo leniore ‖leviore‖ artificio Heraclium adgredi conatur; Verr. II, 36.

comitatum: quis enim audeat luci, quis in militari via, quis bene comitatum, quis inlustrem adgredi? Phil. XII, 25.

fratrem: post fratrem adgressus est; Cluent. 31.

inlustrem: ſ. comitatum.

iudicem: (potentia) quid agat, quo modo adgrediatur iudicem, qua denique digitum proferat non habet; Caecin. 71.

pharmacopolam: tum repente Aconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopolam [circumforaneum ‖foranum‖], qui casu tum Larinum venisset, adgreditur; Cluent. 40.

**adgrego,** zugeſellen: alqm.: qua re ego te semper in nostrum numerum adgregare soleo; Muren. 16.

filium: huius etiam filium eodem iudicio et crimine ad patris interitum adgregare voluisti; Vatin. 25.

naufragos: quod si se ciecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros undique conlectos naufragos adgregarit; Catil. I, 30.

**adhaeresco,** haften, hängen bleiben: alqs: ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaerescerent; Sest. 18. cum P. Sestius [quaestor] esset ‖sit‖ cunctis suffragiis factus, tunc te vix invitis omnibus non populi beneficio, sed consulis extremum adhaesisse; Vatin. 11. utinam, sicut mihi tota in hac causa versatus ante oculos *es*, sic nunc horum te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas; Scaur. 49.

fax: nonne providendum senatui fuit ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhaeresceret? dom. 13. in me uno consulares faces iactae manibus tribuniciis, in me omnia, quae ego quondam rettuderam, coniurationis nefaria tela adhaeserunt; ib. 63.

tela: ſ. fax; dom. 63.

**adhibeo,** anwenden, zuziehen, behandeln: I. **mit einfachem Object:** almq: post illis adhibitis in consilium, quos ablegaverat, absolutum iri Sopatrum videbat; Verr. II, 74. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halaesinis dedit; ib. 122. imperat Centuripinis, ut is victu ceterisque rebus quam liberalissime commodissimeque adhiberetur; ib. V, 70. qui leges eas, ad quas adhibemur et in quibus versamur, nosse deberem; Cluent. 144. an Pompeium non adhibebit? in eius provincia vendet manubias imperatoris? leg. agr. II, 53. Bostarem igitur quendam ... *hospitali mensae adhibitum veneno ab hospite necatum esse;* Scaur. c. 2, § 1. ſ. oratorem.

adulescentem: hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non conlegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique * adulescentem quemquam ... adhibere potuisti? dom. 118.

amicos: adhibitis amicis, praesente matre sua, Dinaca, uxorem suam interrogavit, essetne praegnas; Cluent. 33. quid, ipsa quaestio ... amicis hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat antea, ... cur non servata est? ib. 186.

animos: adhibete animos et mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har. resp. 20.

auris: quorum (consulum) alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset; Arch. 5.

calumniam: ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur; dom. 36.

carnificem: qui civibus Romanis in contione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oporterę; Rabir. 11.

conlegium: conlegium non adhibuisti; dom. 117. si conlegium pontificum adhibendum non videbatur; ib. 132. ſ. adulescentem.

consilium: teque eum, quem C. Sacerdos adhibito consilio, causa cognita absolvisset, eundem remoto consilio, causa incognita condemnasse? Verr. II, 81.

consularem: cum senatum vocasset adhibuissetque consularem, qui sua sententia C. Caesarem hostem indicaret; Phil. V, 23.

crudelitatem: sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis? dom. 60.

diligentiam: FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QUOD AD PRAETORIS EXISTIMATIONEM ATTINET; Verr. III, 154. ut ... diligentiam .. adhiberet, ut id, quod conceperat, servare et salvum parere posset; Cluent. 33. numquam enim ea diligentia, quae solet adhiberi in cetero iudicio ‖in ceteris iudiciis‖, eadem reo damnato adhibita est; ib. 115. quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis cum fidem et diligentiam tum vim animi libertatemque dicendi; ib. 118.

dolum: ſ. calumniam.

fidem: ſ. diligentiam; Cluent. 118.

florem: cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset; Phil. XII, 27.

fratrem: hic ira demeutiaque inflammatus adhibito fratre Lucio ... numquam profecto a me sacrilegas manus ... abstinebit; Phil. XII, 26.

fraudem: ſ. calumniam.

genus: nisi vero existimatis ... hoc praedandi genus ab isto in illo uno adhibitum ac temptatum; Verr. V, 24.

hominem: ſ. magistrum.

statua: gratior illi videtur ... aënea statua futura et ea pedestris quam inaurata equestris; Phil. IX, 13. senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aëneam in rostris ... statui; ib. 16.

tabula: cuius de meritis ... fuit aënea tabula fixa Thermis in curia; Verr. II, 112.

**aequabilis,** gleichmäßig: alqd: hoc sublato ... nihil est quod aequabile inter omnis atque unum omnibus esse possit; Caecin. 70.

discriptio: in quo igitur praetoris est diligentia requirenda? in numero navium et in discriptione ||descriptione|| aequabili ||aequali|| sumptus ||sumptus?||; Flacc. 32.

fortuna: et si nihil est homini magis optandum quam prospera, aequabilis perpetuaque fortuna; Quir. 2.

ratio: in quibus quantus splendor sit, quam prope aequabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitae, nemo vestrum ... ignorat; Cluent. 46.

satio: in iugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione; Verr. III, 112.

**aequabilitas,** Gleichmäßigkeit, Unparteilichkeit: vitare: qua in sorte sapiens praetor ... offensione vitata ||offensionem vitat|| aequabilitate decernendi benevolentiam adiungit lenitate audiendi; Muren. 41.

**aequabiliter,** gleichmäßig: emo: cum ex senatus consulto ... frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret; Verr. V, 52.

inruo: etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos inruebat; Milo 76.

sum eius modi: ita enim tum aequabiliter omnes erant eius modi, ut ..; Verr. I, 56.

**aequalis,** gleichaltrig, Altersgenosse: A. **bei Substantiven:** aracae: vos . . , Albanorum obrutae aracae, sacrorum populi Romani sociae et aequales; Milo 85.

benevolentia: cuius benevolentia in populum Romanum est ipsius aequalis aetati; Phil. XI, 33.

sacrificium: quod sacrificium tam vetustum est quam hoc, quod a regibus aequale huius urbis accepimus? har. resp. 37.

B. **allein:** I. **Subject:** putant: necse aequales tui propter istam causam abs te anteiri putant; Sulla 23.

valet, versatur: ſ. II, 2.

vident: cuius plerique aequales minus saepe castra viderunt quam hic triumphavit; Balb. 9.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** amo: quem veretur ut deum . . . , amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem; Planc. 29.

anteeo: ſ. I. putant.

2. **Dativ:** concedo: nemini umquam concessit aequalium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur causisque amicorum, plus ut valeret inter suos gratia; Cael. 74.

III. **nach Substantiv:** alqs: ſ. II, 2.

studia: quem . . . non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent; Cael. 39. cuius prima aetas dedita . . fuit . . . eis studiis aequalium, ut eundem quem optimi . . . petere cursum laudis videretur; ib. 72.

IV. **Umstand:** inter: quas (leges annalis) multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter aequalis; Phil. V, 47.

**aequalitas,** Gleichheit: in: quis est qui horum consensum conspirantem et paene conflatum in hac prope aequalitate fraterna [non] noverit, ‖ noverit? ‖ qui hoc non sentiat . . . ? Ligar. 34.

**aequaliter,** gleich, gleichmäßig: distribuo: quod praeterea civitatibus aequaliter esset distributum; Verr. III, 163.

partior: quod tum redactum esset, aequaliter omnes partirentur; Qu. Rosc. 53.

venio: hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege venisset; Flacc. 89.

versor: ita commuuis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum; Milo 78.

**aequatio,** Gleichstellung: flagito: confusionem suffragiorum flagitasti, perrogationem ‖ prerog., prorog. ‖ legis Manliae, aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum; Muren. 47

**aeque,** gleich, ebenso: I. **bei Verben und Participien:** cognitus: quibus autem propter senectutem . . . non aeque est cognitus, ei . . ; Cael. 3.

condemno: aeque enim tabulae condemnantur eius, qui verum non rettulit, et eius, qui falsum perscripsit; Qu. Rosc. 2.

credo: de hoc ego teste detraham? cui aeque ac meo testi ut credatis postulo; Caecin. 26.

defendo: ea (vestra tecta) . . . aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite; Catil. III, 29.

desidero: quem forum (magis) luxit? quem aeque ipsa tribunalia desideraverunt? Sest. 128.

laboro: libentissime praedicabo Cn. Pompeium studio et auctoritate, aeque atque ‖ aeque ‖ unum quemque vestrum, . . . pro mea salute laborasse; dom. 30.

occupatus: ceteri, qui aeque atque ego sunt occupati; har. resp. 18.

pertimesco: ne censorium stilum . . . aeque posthac atque illum dictatorium ‖ [gladium] ‖ pertimescamus; Cluent. 123.

requiro: populus Romanus . . . nihil aeque in re publica atque illam veterem iudiciorum vim gravitatemque requirit; div. Caec. 8.

restituo: eam rem publicam habuistis, ut aeque me atque illam restituendam putaretis; Quir. 14.

scribo: cum lege aequissime scripta venderent; Verr. III, 147.

sollicito: quos tamcu ipsos aeque et eos, quos praesentis videtis, huius exspectatio iudicii dies noctisque sollicitat; Cluent. 195.

valeo: „accusat C. Cornelii filius et id aeque valere debet ac si pater indicaret;“ Sulla 51.

II. **bei Adjectiven (Subst.) und Adverbien:** acerbus: ut . . . ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; div. Caec. 38.

amicus: quorum alter . . . semper aeque mihi amicus fuit ac sibi; Piso 80.

bonus: „cum essetis aeque boni viri;“ Planc. 12. sunt omnes sine macula, sunt aeque boni viri atque integri; ib. 15.

carus: quod eis aeque mea salus cara fuerit; Planc. 68.

commode: quasi vero, si laudanda pax esset, ego id aeque commode facere non possem; Phil. VIII, 11.

gravis: numen . . vestrum aeque mihi grave et sanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum; Quir. 18.

incertus, infinitus: CONVENERIT aeque incertum et infinitum est; Cluent. 157.

indignus: ſ. acerbus.

inimicus: quis enim cuiquam inimicior quam Deiotaro Caesar? aeque atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus . . ; Phil. II, 94.

integer: ſ. bonus; Planc. 15.

magnus: si protinus aliis aeque magnas (pecunias) aut solverunt aut dederunt; Font. 3.

necessarius: procurator aeque utriusque necessarius; Quinct. 86.

nefarius, perfidiosus: aeque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere . . . et pupillum fraudare . . . et socium fallere; Qu. Rosc. 16.

promptus: quod . . omnibus patet et aeque promptum est mihi et adversario meo; Muren. 28.

sanctus: ſ. gravis.

sollemnis: si tribunus plebis verbis non minus priscis et aeque sollemnibus bona cuiusquam consecrarit; dom. 123.

turpis: in rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequeque turpe atque illud, de quo ante dixi; Sex. Rosc. 116.

tutus: possumusne igitur in Antonii latrocinio aeque esse tuti? Phil. XII, 28.

**aequitas,** Gleichheit, Billigkeit, Gleichmuth: I. **Subject:** adiuvat: non intellego cur potius invidia violatura virtutem ‖ violatur virtute, a virtute ‖ L. Cornelii quam aequitas vestra pudorem eius adiutura videatur; Balb. 18.

certat: denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, [virtutes omnes] certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate; Catil. II, 25.

concedit: quis hoc tibi concessit? quae lex? quae senatus auctoritas? quae porro aequitas, ut tantam pecuniam scriba tuus auferret? Verr. III, 181.

consistit: ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini; Quinct. 10.

declarat: cuius quidem aequitas . . . facile declarat non fuisse fugiendos tribulis huic iudices; Planc. 43.

deest: non defuit consilium; fides erga plebem Romanam ‖ Romanamque, al. ‖, aequitas in vos libertatemque vestram vehementer defuit; leg. agr. II, 20.

est in: haec aequitas in tuo imperio fuit, haec praetoris dignitas, ut . . ; Verr. III, 87. erat in illo conloquio aequitas; Phil. XII, 27. — mira:

quo quidem in spectaculo mira populi Romani aequitas erat; Piso 27. — quae: quae est ista aequitas, . . . hunc excipere . .? leg. agr. II, 57. — ubi: ubinam ille mos? ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas? Planc. 33.

facit: omnia faciebant ‖faciebant omnia‖ cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris . .; Ver. I, 104.

manet: „per me ut unum ius aequitas, leges libertas, pudor pudicitia in civitate maneret;“ Milo 77.

minuit: quo facilius cum aequitas tua tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam; Deiot. 7.

postulat: statuite nunc quid vestra aequitas, quid populi Romani dignitas postulet; Font. 15.

reicit: quam (invidiam) . . . vestra fides atque aequitas a veritatis disceptatione reiecit; Cluent. 81.

valet: apud quem non ius, non aequitas, non misericordia . . . valeret; Verr. I, 136. nihil valuisse aequitatem, nihil consuetudinem; ib. III, 60. fateor hoc ‖haec‖ interdicto ‖interdictum‖ praetoris vindicari ‖vindicavi‖, si voluntas et aequitas valeat; Caecin. 66. iuris rem et ‖retinet‖ sententiam et aequitatem plurimum valere oportere; ib. 77.

videtur: ſ. adiuvat.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** agito: ſ. I. consistit.

attendo: simul aequitatem praetoris attendite; Verr. III, 196.

capio: si . . . id quaerendum esse dicis neque aequitatem rei verbi laqueo capi putas oportere; Caecin. 83.

cognosco: cognoscite nunc discipuli aequitatem; Sex. Rosc. 119. ut simul Africani quoque humanitatem et aequitatem cognoscatis; Verr. II, 86.

confirmo: ſ. I. consistit.

contineo: forum, in quo omnis aequitas continetur; Catil. IV, 2.

explico: nec vero silebitur admirabilis quaedam . . . eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia; Phil. IX, 10.

habeo: semper . . id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset aequitatisque plurimum; Caecin. 80. illud est hominis magni . . . habere in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; Cluent. 159.

iacto: ſ. I. consistit.

neglego: ius, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium neglegit; Verr. I. 116.

novi: si ego eius aequitatem animi probe novi; leg. agr. I, 14.

oppugno: quia verbis oppugnare aequitatem videbatur; Caecin. 67. vestram . . . aequitatem et mansuetudinem una mater oppugnat; Cluent. 199.

perpendo: nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum, sed eius acquitas aratorum commodo et voluntate perpenditur; Verr. III, 214.

reicio: fugisti sententiam legis; aequitatem omnem reiecisti; Planc. 42.

relinquo: in omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt; Muren. 27.

retineo: et aequitatem nostrae ‖ vestrae‖ disceptationis et consuetudinem superiorum et ius suae potestatis retinuissent; leg. agr. III, 1.

sequor: quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt aequitatem secuti; Verr. II, 109.

2. **Genetiv:** venit in mentem: non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae; Quinct. 6.

3. **Dativ:** commendo: filius, quem pater moriens cum tutoribus et propinquis tum legibus, tum aequitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendatum putavit; Verr. I, 151.

4. **Ablativ:** nitor: si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra aequitate uixi confidimus; Cluent. 156.

spolio: ut homo consularis exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae? Vatin. 27.

utor: iam bene agis; a verbis enim recedis et aequitate uteris; Caecin. 37.

5 **mit Präpositionen:** confugio ad: ad horum fidem et mansuetudinem *confugere, ad ius iurandum iudicium, ad* populi Romani aequitatem . . . potero; Scaur. 17.

consisto in: quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, ius ‖hos‖ in iudiciis et aequitate magistratuum; leg. agr. II, 102.

iudico de: statuite . . . quid vos tempora rei publicae de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneat ut iudicetis; Caecin. 104.

lateo in: ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur; Caecin. 38.

recedo ab: qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt; Verr. III, 42. ut longius a verbo recedamus, ab aequitate ne tantulum quidem; Caecin. 58.

refero ad: ea, quae proficiscebantur a legibus et ab iure civili, semper ad facilitatem aequitatemque referebat; Phil. IX, 11.

remotus a: cum tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis; leg. agr. II, 31.

seiungo ab: qui iuris civilis rationem numquam ab aequitate seiunxerit; Caecin. 78.

sum in: quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium; Verr. I, 119.

versor in: quod in eis rebus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, aequitate, industria, temperantia . .; Verr. IV, 81.

III. **nach Adjectiven:** 1. **Genetiv:** plenus: num etiam fratris mei litteras plenissimas humanitatis et aequitatis reprehensurus es? Flacc. 78. edictum . . ., quod quidem mihi . . . plenum aequitatis videbatur; Phil. I, 8.

2. **Dativ:** infestus: nec iuri quicquam tam inimicum quam vis nec aequitati quicquam tam infestum est quam convocati homines et armati; Caecin. 33.

IV. **nach Substantiven:** alqd: ſ. II, 1. habeo; Caecin. 80.

campus: sin . . . me ex hoc, ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnis litterarum angulos revocas; Caecin. 84.

causa: non enim alia causa est aequitatis in uno servo et iu pluribus; Caecin. 57. in quibus (causis) perspicitur una atque eadem causa aequitatis; ib. 59. placet causam iuris et aequitatis . . . constituere in verbo? ib. 81.

communitas: quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse communitas? Phil. VI, 3.

deprecatio: nullus aditus erat privato, nulla aequitatis deprecatio; Phil. V, 20.

finis: si vos semel in iudicando finem aequitatis et legis transieritis; Verr. III, 220.

fons: hoc fundamentum (est) libertatis, hic fons aequitatis; Cluent. 146.

honos: non omnis honos ab isto dignitatis, aequitatis officiique sublatus est? Verr. V. 84.

iudicium: iuris iudicium cum erit et aequitatis, cave in ista . . . calumnia delitiscas; Caecin. 61.

largitio: in qua (sorte) gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio; Muren. 41.

laus: provincia, in qua laus aequitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur; Muren. 41.

pars: si actio ista popularis esset et si ullam partem aequitatis haberet aut iuris; Rabir. 14.

ratio: quam habet rationem non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiae? Verr. III, 195. si ad eum restituendum, qui vi de-

iectus est, eandem vim habet aequitatis ratio; Caecin. 58. in ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere? ib. 66.

simulatio: ita res agatur, ut ne simulatio quidem aequitatis ulla adhibeatur? Verr. II, 43. ne blanda aut supplici oratione aut aequitatis simulatione fallamur; Phil. VII, 26.

spes: qui a parentibus spe nostri imperii nostraeque aequitatis suscepti educatique sunt; Verr. V, 123. qui nunc primum . . . spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare a metu coepit; Cluent. 200.

IV. **Umſtand:** ł **Ablativ:** commovere: non dubitabat quin . . . aequitate causae, auctoritate sua commovere hominem posset; Verr. I, 126. iste . . . neque ulla aequitate orationis neque auctoritate M. Marcelli commotus est; ib 135.

defendere: cum . . . is, qui arguitur, . . . verbo se, non aequitate defendere conetur; Caecin. 104.

definire: hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

dicere: M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit; Tull. 8. in quo ea, quae dicuntur a testibus, coniecturae et cogitationi traduntur, quanta auctoritate, quanta animi aequitate . . . dicantur; Font. 23.

diiudicare: tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controversias, non aequitate diiudicas; Caecin. 49.

discribere: ubi paulisper in cubiculo pretio, non aequitate iura discripserat ‖ descripserat ‖; Verr. V, 27.

expedire: perspicere vos certo scio, Siculis quanto opere hoc expediat, non aequitate ‖ ad aequitatem, al. ‖ condicionis, sed ad minima malorum eligenda; Verr. III, 201.

exstingui: iam omnis fracta dissensio est armis, exstincta aequitate victoris; Marcell. 32.

fieri: factum est primum illorum aequitate et sapientia consulum, ut . .; Cluent. 137.

perficere: ipse ‖ *ipsa* ‖ autem in Gallia ut nostri homines desperatas iam pecunias exigerent aequitate diligentiaque perfecit; Muren. 42.

recreari: ut multis iucommodis veritas debilitata taudem aequitate talium virorum recreetur; Quinct. 4.

tueri: si . . . tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit; dom. 2.

vincere: patiamini matrem . . . victam potius vestra aequitate discedere; Cluent. 200. et ceteros quidem omnis victores bellorum civilium iam ante aequitate et misericordia viceras; Marcell. 12.

2 **Präpoſitionen:** ex: [non ex iure, non ex aequitate,] non ex lege . . . recte factum esse defendes? Verr. III, 205.

pro: frater meus pro sua aequitate prudentiaque decrevit, ut . .; Flacc. 49.

propter: quem (agrum) ego excipi et propter hominum necessitudinem et propter *rei* aequitatem . . . gaudeo; leg. agr. II, 57.

**aequo,** gleich machen, ebnen, vergleichen: consulatum: cui † sic aequatum ‖ emancipatum, al. ‖ praebebas consulatum tuum; Piso 14.

flagitia, furta: omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, si unum in locum conferantur, vix cum huius parva parte aequari conferrique posse; Verr. I, 21.

planitiem: quo in summo (loco) est aequata agri planities et aquae perennes; Verr. IV, 107.

scelera: ſ. flagitia.

sortis: dum sitella defertur; dum aequantur sortes; Fr. B. VI, 13.

**aequus,** gleich, billig, günſtig, gerecht, ruhig:

A. **bei Subſtantiven (Pronomen):** alqs: hic vide quam me sis usurus aequo; Verr. V, 154. vos, qui aequi estis omnibus; Cluent. 202. si ille, ut arbitror, aequus nobis fuerit; Sest. 71. vobis, quos aequissimos esse confidimus; Rab. Post. 45. nemo enim fere est qui sui periculi iudex non sibi se aequiorem quam reo praebeat; Deiot. 4. neminem aequiorem reperiet quam me; Phil. V, 3.

alqd: quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? Quinct. 45. ut quicquid diceret nemo esset qui non aequum putaret; Sex. Rosc. 119. quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad levandam mulieris calamitatem? div. Caec. 57. an quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo videri debet aequius? ib. 65. qua re hoc sit aequissimum facile est dicere; Verr. I, 114. qui . . . omnia . . babuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris; ib. II, 95. quod . . . idcirco, quia aequum est, postulo; Tull. 6. id verum, id aequum, id utile omnibus esse spectari quo consilio . .; Caecin. 81. id, quod aequissimum est; Cluent. 6. quia illud aequum accidisse populus Romanus Maelio indicavit; dom. 101. „hic quam ille dignior“ perquam grave est dictu. quo modo igitur est aequius? Planc. 16. fuit certe id aequum; ib. 38. re enim iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum; Deiot. 4. quid hac postulatione dici potest aequius? Phil. I, 27. modo aequum sibi videri, modo non iniquum; ib. II, 95. at ille numquam . . . quicquam sibi, quod . . postularemus, aequum dixit videri; ib. id enim deos immortalis spero aequissimum iudicare; ib. XI, 39. ſ. ius; Verr. I, 118.

infinitiv: neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire; Quir. 23.

acc. c. inf.: istum aequum esse famae fortunisque P. Quinctii consulere; Quinct. 27. negat Alfenus aequum esse procuratorem satis dare; ib. 29. QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS SIT DARI; Qu. Rosc. 11. quantum aequius et melius sit dari repromittique; ib. 12. quantum enim aequius esset sibi dari, petiit; ib. utrum est aequius decumanum petere an aratorem repetere? Verr. III, 27. sin autem . . . aequum est (pecuniam) ita solvi aratoribus; ib. 182. dixisse dicitur aequum esse illos cogitare, utrum . .; ib. IV, 73. videte igitur utrum sit aequius hominem honestissimum . . . dedi inimicissimis . . . nationibus an reddi amicis; Font. 41. tamen is . . timidior videatur quam fortem . . . iudicem esse aequum est; Caecin. 8. reliquum est ut de felicitate . . ., sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et pauca dicamus; imp. Pomp. 47. cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit aequissimum; Cluent. 142. nisi forte nihil est aequum nos de eorum audacia suspicari, quorum . .; leg. agr. II, 57. si est aequum praedam . . . imperatores non in monumenta deorum . . . conferre; ib. 61. a quo tandem . . . est aequius consulem defendi quam a consule? Muren. 3. quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos pugnare? Phil. II, 75. aequum, credo, putavit vitam . . . in discrimen adducere; ib. VII, 12. utrum igitur aequius, utrum melius rei publicae fuit Cn. Pompeium an sectorem Cu. Pompei vivere Antonium? ib. XIII, 30. utrum sit aequius concurrere nos, quo . .; ib. 38. aequum est enim militum . . . honorem coniungi; ib. XIV, 29. vgl. alqd; Caecin. 81.

mit ut eingeſchaltet: quas, ut aequum est, familias honestatis . . . gratia nomino; Sex. Rosc. 15. a me tamen, ut aequum est, omnia caute . . . dicentur; Cluent. 118.

Züde: et aequum **; Caecin. 95.

aestimatio: cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? si est aequa et ferenda . .; Verr. III, 202. proinde quasi . . aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo; ib. 203.

animus: quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo; Sex. Rosc. 49. animo aequo se carere suis omnibus commodis dicit; ib.

144. concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est; ib. 145. Volcatius animo aequissimo nummos adfert, qui nihil amitteret; Verr. II, 56. si animo aequo provincia tulisset; ib. 139. pudorem ac pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius cotidiana adulteria ... videre? ib. III, 6. hoc quemquam denique nunc tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare? ib. 184. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. forum plenum et basilicas istorum hominum videmus et animo aequo videmus; ib. 152. de quibus ego antea laborabam, ne ... probarent, nunc sum animo aequissimo; Caecin. 3. ne repugnetis eamque (opinionem) animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis; Cluent. 6. non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere; ib. 17. quod si solus in discrimen aliquod adducerer, ferrem .. animo aequiore; leg. agr. II, 6. si emori aequo animo non potes; Catil. I, 20. deinde . . aequo animo paratoque moriar; ib. IV, 3. quae si per alios agerent, ... aequiore animo ferre possemus; Flacc. 96. si quidem ea ... reliquissem. quibus aequo animo carerem; dom. 97. qui ea, quae numquam cara ... duxit, animo aequo ... deserit; ib. 98. an mihi ipsi ... fuit mors aequo animo oppetenda? Sest. 47. ex qua (civitate) innumerabiles alii ... mortem ... aequissimis animis oppetissent; ib. 48. is aequo animo tum ... in hac urbe esse posset? ib. 63. qui omnia in pecunia posuisset, honore animo aequo carere debere; Vatin. 38. quos animo aequo videre non possumus; prov. cons. 17. P. Clodii mortem aequo animo ferre nemo potest; Milo 20. eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut aequo animo patria careret; ib. 63. non dubitaturum fortem virum quin ... cederet aequo animo [legibus]; ib. hic aequo animo esse potuit belli discidio distractus a fratribus? Ligar. 5. hanc tu .. potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? Phil. I, 31. his vestris decretis .. ille vos aequo animo aspicere poterit? ib. V, 29. possessores animo aequiore discedent; ib. VI, 14. ut ... legatorum reditum exspectetis animo aequo; ib. 15. ego te, cum in Massiliensis tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo audio; ib. VIII, 18. credo autem, qui generi querellam moderate ferat, aequo animo laturum amici; ib. 19. ut aequo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia; ib. 32. Gallia ... omnis aequo animo belli patitur iniurias; ib. XII, 9. non possum animo aequo videre tot tam inportunos ... hostis; ib. 20. argentum, vestem, supellectilem, vinum amittet aequo animo; ib. XIII, 11. quae si tecum ipse recolueris, aequiore animo et maiore consolatione moriere; ib. 45. utrum aequo animo laturum *me* putavit? Fr. B. VIII, 10.

causa: quod facile homini ingenioso fuit in causa aequissima; Verr. I, 126. an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio varium ius et disparem condicionem fuisse? ib. V, 49.

certamen: aequa enim contentio, aequum certamen proponitur; Verr. II, 177.

condicio: qui ... condicionem aequissimam repudiet; Quinct. 46. non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita; ib. 71. in decumis, cum aequa lege et condicione venibant; Verr. III, 118. quod accusante tribuno plebis condicione aequa disceptari posse non putarunt; Cluent. 94. qui me praecipitem egerint, aequissimas condiciones ferentem; Phil. XIII, 36. is etiam queritur condiciones suas repudiatas, aequas quidem et verecundas; ib. 37.

contentio: ſ. certamen.

decempedator: qui fuerat aequissimus agri privati et publici decempedator; Phil. XIII, 37.

edictum: quam aequum edictum conscripserit .. cognoscite; Verr. I, 106.

foedus: quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere; Arch. 6. cum Camertinum foederum sanctissimum atque aequissimum sciret esse; Balb. 46.

genus: quod genus iudiciorum si est aequum ulla in re nisi in hac tribuaria; Planc. 36.

gloria: aequa parta ‖ si qua parta, *aequiparata* ‖ cum P. fratre gloria; Muren. 31.

homo: quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo; div. Caec. 56. iste, homo omnium aequissimus atque a cupiditate [omni] remotissimus; Verr. II, 91. iste, aequissimus homo; ib. III, 68.

iudex: erat in consilio etiam aequissimus iudex ipse Verres; Verr. I, 73. ut hoc, quod dico, probari aequissimo iudici possit; ib. III, 164. hic si ingeniosi et periti et aequi iudicis has partis esse existimatis, ut ..; Font. 21. quid aequi et iurati iudices iudicarint; Rabir. 7.

iudicium: Nympho cum se aequo vellet iudicio defendere; Verr. III, 54. illa definitio iudiciorum aequorum ... retineatur; Cluent. 5. nihil innocenti suscepta invidia tam optandum quam aequum iudicium; ib. 7. qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse; Fr. B. VIII, 2.

ius: quis tandem nobis ista iura tam aequa describit ‖ describit ‖? Quinct. 45. utrum digniores homines esse ‖ homines ‖ existimasti eos, qui habitant in provincia, quam nos, qui aequo iure uterentur ‖ uteremur ‖, an aliud Romae aequum est, aliud in Sicilia? Verr. I, 118. postulat, ut sibi cum palaestritis ... aequo iure disceptare liceat; ib. II, 38. qui iure aequo omnis putat esse oportere; ib. III, 6. ut te praetore videlicet aequo iure Apronium ... iudicio recuperatorio persequantur? ib. 27. sed proponam ius, ut opinor, aequum; Phil. I, 27. ſ. foedus; Arch. 6.

lex: cum lex esset aequa promulgata initio magistratus; Vatin. 27. et erat aequa lex et nobis .. atque omnibus ... vehementer utilis; Balb. 60. ſ. condicio; Verr. III, 118.

locus: illud vero nullo modo potest, [deiectus esse quisquam] non modo qui tactus non sit, sed ne in aequo quidem et plano loco; Caecin. 50.

magistratus: cum adhuc ei ... non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; Quinct. 10. cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque iudicium redditum est usitatum; ib. 71.

pars: cum ex provincia populi Romani aequam partem tu tibi sumpseris ac populo Romano miseris; Verr. III, 49. ceteri fructus omnium rerum ... communi cautione atque aequa ex ‖ ei, al. ‖ parte retinentur; leg. agr. II, 22.

postulatio: si vobis aequa et honesta postulatio videtur, iudices, ego contra brevem postulationem adfero et, quo modo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem; Sex. Rosc. 7. aequa postulatio ... pretio superabatur; Verr. I, 125. ſ. condicio; Quinct. 71.

praetor: praetor aequus et sapiens dimitti iubet senatum; Verr. IV, 146.

quaesitor: quid mihi opus est sapiente iudice? quid aequo quaesitore? Font. 21.

societas: etsi est enim Brutorum commune factum et laudis societas aequa; Phil. X, 15.

sponsio: ſ. condicio; Quinct. 71.

tempus: iudicium aequiore tempore fieri oportere; Fr. B. VI, 16.

testes: an dignitatem testium (secuti)? potestis igitur ignotos notis, inimicos aequis, alienigenas domesticis ... anteferre? Font. 32. testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur; Scaur. 40.

B. **allein:** I. **masc.:** dicunt: in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui; Rab. Post. 25.

reicio ex: Apronio permittis, ut quos velit de cohorte sumat recuperatores? indignum uni potius ex iniquis sumendi quam utrique ex aequis reiciundi fieri potestatem; Verr. III, 140.

exspectatio: utinam quidem haec ipsa non

modo iniquorum invidiae, sed aequorum exspectationi satis facere posset! Sulla 54.

II. **neutr.:** decerno: decernit: quam aequum, nihil dico; Quinct. 30.

defendo, habeo: cum se in causa putant habere aequum et bonum quod defendant; Caecin. 65.

dico: prope modum aequa et iusta dicebas; Phil. II, 72.

alqd: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse aequi? Phil. II, 75. igitur a quo vivo nec praesens nec absens rex Deiotarus quicquam aequi boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus; ib. 94.

dignitas, nomen: *tum* solent eius modi iniquitati aequi et boni nomen dignitatemque opponere; Caecin. 65.

ratio: a verbo et ab scripto plurimis saepe in rebus ius et aequi bonique rationem esse seiunctam; Caecin. 80.

ex: tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; Caecin. 65.

**aër,** Luft: in: cum esset viuctus nudus in aëre, in imbri, in frigore; Verr. IV, 87.

**aerarium,** Staatsſchatz: I. **Subject:** est nullum: aerarium nullum est: vectigalibus non fruuntur qui redemerunt; har. resp. 60. — refertum: iam refertius erit aerarium populi Romani, quam umquam fuit; Verr. III, 202. — fundamentum: huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt, haec membra, quae tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones ... res militaris, aerarium; Sest. 98.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** claudo: qui in contione ausus est dicere iustitium edici oportere, iuris dictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli; har. resp. 55.

defendo: quae est igitur ista accusatio, quae ... diligentius Rutenorum quam populi Romani defendat aerarium? Font. 4. ſ. I. est fundamentum.

dono: cum ... duobus impiis nefariisque consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur; sen. 18.

effundo: spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium, ut ..; leg. agr. I, 15.

exhaurio: largitio ..., quae ... fieri nisi exhausto aerario nullo pacto potest; leg. agr. II, 10. repugnabant boni, quod ... aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103. num religiones polluerit, aerarium exhauserit, rem publicam compilarit; Vatin. 5. aerarium exhauseras; Piso 37. cum exhauriebas aerarium, cum ..; ib. 57. aerarium vestrum exhausit, suum non habet; Phil. IV, 14. ſ. 4. do ex; Verr. III, 164.

habeo: maioribus ... cum eo hoste res erat, qui haberet rem publicam, curiam, aerarium; Phil. IV, 14. ſ. exhaurio; Phil. IV, 14.

omitto: omissis his rebus, quibus nos suppeditamur, eget ille, senatu, ... aerario, vectigalibus; Catil. II, 25.

partior: nonne ... tamen aerarium cum eo partitus es? dom. 23.

tueor: ſ. I. est fundamentum.

2. **Dativ:** est: quaero, Vatini, utrum tandem putes huic civitati, ... aerario, curiae ... melius fuisse et praestabilius me civem in hac civitate nasci an te? Vatin. 10.

3. **Ablativ:** egeo: ſ. 1. omitto.

4. **mit Präpoſitionen:** accipio ex: a civitatibus pecuniam ad emendum frumentum cogere, cum ex aerario acceperis; Verr. III, 173.

adnumero ex: ſ. promo ex.

aedifico ex: de mea domo, quam senatus unam post hanc urbem constitutam ex aerario aedificandam ... putarit ‖putaret‖; har. resp. 16.

attribuo ex: sestertium centiens et octogiens ..., ex aerario tibi attributum; Piso 86.

condo in: litteras publicas, quas in aerario sanctiore conditas habebant, proferunt; Verr. IV, 140.

defero ad: in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo pro consule ‖p. r. et consule, al.‖; Arch. 11. rationes ad aerarium continuo, sicut lex tua iubebat, detuli; Piso 61. senatus consulta numquam facta ad aerarium deferebantur; Phil. V, 12. horum nomina ad aerarium detulisset ..., si ullam speciem rei publicae cogitavisset? ib. 15.

depromo ex: qui pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum ... diviserit; imp. Pomp. 37.

do ex: hanc pecuniam tantam, datam tibi ex aerario inopi atque exhausto, datam ad frumentum; Verr. III, 164. quaternos HS, quos mihi senatus decrevit et ex aerario dedit; ib. 197. primum video potuisse fieri, ut ex aerario nihil darent; ib. V, 48.

erogo ex: pecunia publica ex aerario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa fueritne tibi quaestui? Verr. III, 165. erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus? Vatin. 29.

exhaurio ex: cum omnem pecuniam ex aerario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis; leg. agr. II, 98.

frequento ad: scribas .. universos, quos cum casu hic dies ad aerarium frequentasset; Catil. IV, 15.

habeo in: in aerario nihil habeut civitates, nihil in vectigalibus; Flacc. 20. ſ. condo in.

haurio ex: sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis; leg. agr. II, 32.

inrumpo in: adhibeant manus vectigalibus nostris, inrumpant in aerarium; leg. agr. II, 47.

numero ab: vidimus huic ab aerario pecuniam numerari quaestori ad sumptum exercitus consularis; Verr. III, 177.

promo ex: cum tibi senatus ex aerario pecuniam promptsisset et singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus persolveres; Verr. III, 195.

refero ad: cum rationes ad aerarium nisi damnato te referre noluit; Verr. I, 77. rationes ad aerarium, ante quam Dolabella condemnatus est, non audet referre; ib. 98. solus est hic, qui numquam rationes ad aerarium referat; ib. se ... observaturum quem ad modum rationes ad aerarium referas; ib. III, 167. scriba, ad aerarium qui eas (litteras) rettulit; Piso 61. — in: illa tamen HS sescenta milia ... neque Sulla vidit neque in aerarium relata sunt; Verr. I, 36. ut, quibus ille de capite dempsisset, ei pecunias in aerarium referrent; ib. III, 81. QUOD NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT; leg. agr. I, 12. quid pecuniae fiet? referre in aerarium lex vetat; exigi prohibet; leg. agr. II, 72.

solvo pro: illum ex ea pecunia, quae pro aerario solveretur, detraxisse; Font. 3.

subsigno apud: illud quaero, .. ista praedia ... subsignari apud aerarium aut apud censorem possint; Flacc. 80.

sum in: auri ratio constat; aurum in aerario est; Flacc. 69. — pro: experti sumus ... Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo maiorum vetere ac referto fuisse; Verr. II, 5.

venio ad: tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet; Fr. B. XIII, 11, 7.

III. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** angustiae: populus Romanus habeat (pecuniam), in tantis praesertim aerarii angustiis; Verr. III, 182. permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit; leg. agr. II, 36. quibus quidem vos in his angustiis aerarii tamen subveniatis necesse est; prov. cons. 11. idem (senatus) in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio adfecit; Balb. 61.

depeculator: adduxi enim ... depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae; Verr. a. pr. 2.

dispensatio: eripueras senatui provinciae

decernendae potestatem, ... aerarii dispensationem; Vatin. 36.

domini: nihil aliud actum, nisi uti decem reges aerarii, vectigalium ... domini constituerentur; leg. agr. II, 15.

gradus: quae est igitur ista accusatio, quae facilius possit Alpis quam paucos aerarii gradus ascendere? Font. 4.

partitio: omitto gratulationes, epulas, partitionem aerarii; Sest. 54.

sanguis: quae (tritici modium clo clo clo) cum ... de vectigalium nervis, sanguine detraxisset aerarii; Verr. III, 83.

tabulae: hi tres etiam aerarii nostri tabulas falsas esse voluerunt; Flacc. 43.

viscera: cur ille gurges ... ad caelum tamen exstruit villam in Tusculano visceribus aerarii? dom. 124.

2. **mit Präpositionen:** pecunia ex: iam vero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucri factam videtis; Verr. III, 174.

tabulae ad: P. Servilius, quae signa atque ornamenta ... sustulit, ea ... in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit; Verr. I, 57.

IV. **Umstand:** 1. **Ablativ:** armare: consules, sceleris sui socios, aerario, provinciis, exercitu armavit; har. resp. 58.

suppeditari: s. II, 1. omitto.

2. **Präposition:** causa: non dubitabitis | dubitatis|| quin idcirco haec aerarii causa non vendiderint ei ..., ut ..; leg. agr. I, 4.

**aerarius,** ehern, kupfern; Kupfergeld, Geld betreffend; Aerarier: A. **bei Substantiven:** fabula: ut illa vetus aeraria fabula reficeretur; Cael. 71.

ratio: quod propter aerariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses quantum solveretur; Quinct. 17.

tribuni: quid de tribunis aerariis (dicemus) ..., qui tum arma ... ceperunt? Rabir. 27. pari studio defendundae rei publicae convenisse video tribunos aerarios, fortissimos viros; Catil. IV, 15. hi tot equites Romani, tot tribuni aerarii ..., quid dignitatis huius petitioni attulerunt? Planc. 21.

B. **allein:** relinquo: ut scribam iurati legerent eum, quem eidem isti censores aerarium reliquisse *se* subscripserunt; Cluent. 126.

refero in: ut alter (censor) in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet; Cluent. 122.

**aeratus,** erzbeschlagen, ehern: lecti: iam vero lectos aeratos et candelabra aenea num cui praeter istum Syracusis per triennium facta esse existimatis? Verr. IV, 60.

**aerumna.** Mühsal, Kummer: I. **nach Verben:** propago: quo (anno) interiecto civium calamitas, sociorum aerumna ... propagatur; prov. cons. 17.

propono: quod si mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer; sen. 34.

sustento: maximis praeterea adsiduisque ||praeteritas esse sed iis et|| officiis .. illius aerumnam ... sustentavit; Sest. 7.

II. **Umstand:** 1. **Ablativ:** servare: unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea; Sest. 49.

2. **Präposition:** in: quem ego tamen credo ... in viri fortis aerumnis non ita crudelem fuisse, ut ..; dom. 134.

**aerumnosus.** kummervoll: A. **bei Substantiv:** pater: filiam, filiam, inquam, aerumnoso patri, Deciane, redde; Flacc. 73.

B. **allein: Dativ:** comparo; crux, crux, inquam, infelici et aerumnoso ... comparabatur; Verr. V, 162.

sum: quod si tum indicatum non esset, non huic aerumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum maerorum; Cluent. 201.

**aes,** Erz, Kupfer, Geld: I. **Subject:** adferre potest: Publicium et Minucium, quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum adferre poterat; Catil. II, 4.

crescit: metuisti ne aes alienum tibi cresceret, si ..? Verr. IV, 28.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** cognosco: cognoscentur enim omnia istius aera illa vetera; Verr. V, 33.

contraho: cuius aes alienum videmus, iudices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum; Sulla 58. s. 1. adferre potest.

dissolvo: P. Sittii praediis venditis aes alienum eiusdem est dissolutum; Sulla 56. patri persuasi, ut aes alienum tibi dissolveret. Phil. II, 46.

habeo: quaerendum, credo, est, Heius iste num aes alienum habuerit; Verr. IV, 11.

liquefacio: compluris in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt ... et legum aera liquefacta; Catil. III. 19.

merco: s. III, 1. duodecim.

obicio: nam quod aes alienum obiectum est ..., videte quam panca respondeam; Cael. 17.

relinquo: s. III, 1. aliquantum.

reperio: nulla luxuries repericur, nulli sumptus, nullum aes alienum; Cael. 44.

2. **Dativ:** subvenio: quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem Caesaris subvenire potuisset? Phil. II, 36.

3. **Ablativ:** exsero: hominem ridiculum, qui se exserere ||exercere, exire|| aere alieno putet posse, cum vendat aliena; Phil. XI, 13.

libero: qui maximo te aere alieno ad aedem Opis liberavisti; Phil. II, 35.

4. **mit Präpositionen:** devoveo pro: qui maiorum exempla persequens pro alieno se aere devovit; Phil. XI, 13.

facio ex: ubi illius ipsius M. Marcelli ... statua ex aere facta est; Verr. II, 50. ex altera parte Hercules egregie factus ex aere; ib. IV, 5.

incido in: in tantum aes alienum inciderunt, ut ..; Catil. II, 20.

incido in: quae ille in aes incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Phil. I, 16. in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima; ib. 26. qui ... falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta in aes incidenda et in Capitolio figenda curaverit; ib. III, 30. regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi; ib. V, 11. — incisus in (abl.): id non modo tum scripserunt, verum etiam in aere incisum nobis tradiderunt; Verr. IV, 145.

queror de: tria ... haec in Milonis personam questus es: de aere alieno, de vi, de ambitu; Fr. B. XV. III, 2.

sum in: hominem video ... non modo in aere alieno nullo, sed in suis nummis multis esse et semper fuisse; Verr. IV, 11. s. incido in: Phil. I, 16.

III. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** aliquantum: cum aeris alieni aliquantum esset relictum; Quinct. 15. quod C. frater aliquantum aeris alieni reliquerat; ib. 73.

cumulus: augent magnum quendam cumulum aeris alieni; Fr. B. XIII, II, 4.

duodecim: nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris: Qu. Rosc. 28.

invidia: si quae est invidia communis hoc tempore aeris alieni, petulantiae, libidinum iuventutis; Cael. 30.

magnitudo: luxuries igitur hominem nimirum, et aeris alieni magnitudo ... ad hoc scelus impulerunt? Sex. Rosc. 39. quos egestas, quos aeris alieni magnitudo ... tribuno plebis constrictos addixerat; Sest. 38. quorum ... magnitudo aeris

alieni, sumptus, libidines nominarentur; Cael. 43.

perfugium: id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae ... perfugium esse ducebas; Phil. II, 50.

ratio: ne ... istas tabulas existimes *ad diversam veteris* aeris alieni rationem pertinere; Font. 2.

Scyllaeum: ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaerescerent; Sest. 18.

temperatio: tu illius aeris temperationem, tu operum lineamenta sollertissime perspicis? Verr. IV, 98.

2. **Ablativ**: vir: reliquit quos viros! quanto aere alieno! quam valentis! quam nobilis! Catil. II, 4.

3. **mit Präpositition**: bucula ex: ut ex marmore lacchum aut Paralum pictum aut ex aere Myronis buculam (amittant); Verr. IV, 135.

crateras ex: quod ... crateras ex aere pulcherrimas ... abstulit; Verr. IV, 131.

signum ex: erant signa ex aere complura; Verr. II, 87. neque quicquam ex fano Chrysae praeter unum perparvolum signum ex aere desideratum est; ib. IV, 96.

simulacrum ex: fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum; Verr. IV, 72. ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis; ib. 94. ex aere fuit quoddam (simulacrum) modica amplitudine; ib. 109.

statua ex: pedestrem ex aere statuam ... decerno; Phil. IX, 13.

supellex ex: Sthenius ... studiosius haec compararat, supellectilem ex aere elegantiorem, et Deliacam et Corinthiam; Verr. II, 83.

IV. **Umstand**: 1. **Ablativ**: dirui: in quibus (castris) cum frequens fuisset, tamen aere dirutus est; Verr. V, 33.

opprimi: hoc praetore oppressam esse aere alieno Galliam; Font. 11. nemo ... oppressus aere alieno fuit quem non ... asciverit; Catil. II, 8.

perditus: quem plane perditum aere alieno egentemque ... cognorat; Phil. II, 78.

premi: alterum genus est eorum, qui, quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen exspectant; Catil. II, 19.

2. **Präpositionen**: in: unum genus est eorum, qui magno in aere alieno maiores tamen possessiones habent; Catil. II, 18. qui ... sumptibus in vetere aere alieno vacillant; ib. 21. *qui magno in aere alieno totam (dignitatem) ex domo quaesisset*; Scaur. 45.

propter: quae potest maior esse fides quam ... propter aes alienum ire ad arma? Phil. VI, 11.

**aestas,** Sommer: 1. **Subject**: astringere potest: sed tamen una atque altera aestas vel metu vel spe ... potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere; prov. cons. 34.

esse coepit: cum vero aestas summa esse coeperat, quod tempus omnes Siciliae semper praetores in itineribus consumere consuerunt, ...: tum ..; Verr. V, 29.

II. **nach Verb**: nanciscor: cum ... aestatem integram nanctus Italiae callis et pastorum stabula praedari ‖*praeoccupare*, al.‖ coepisset; Sest. 12.

III. **nach Substantiv**: commeatus: quos (nummos) qui dederat, commeatum totius aestatis abstulerat; Verr. V, 62.

IV. **Umstand**: 1. **Accusativ**: subinvisum apud malevolos Postumi nomen ... aestatem unam ‖una‖, non pluris, auris refersit istis sermonibus; Rab. Post. 40.

2. **Ablativ**: nam aestate summa, quo tempore ceteri praetores obire provinciam et concursare consuerunt aut etiam ... navigare, eo tempore ... domo sua regia [...] contentus non fuit; Verr. V, 80. ita tantum bellum ... Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit; imp. Pomp. 35.

**aestimatio.** Schätzung, Anschlag: 1. **Subject**: est aequa: proinde quasi .. aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo; Verr. III, 203. — grata: cum aestimatio legis eius modi sit, ut ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te praetore etiam grata esse debuerit; Verr. III, 174. non potest reprehendi ulla aestimatio, quae aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est; ib. 214. — incommoda: ĭ. grata; Verr. III, 214. — remissa: remissior aliquanto eius fuit aestimatio quam annona; Verr. III, 214. — tolerabilis: ĭ. grata; Verr. III, 174. — vestra: eius rei taxationem nos fecimus; aestimatio vestra est; iudicium datum est in quadruplum; Tull. 7. — iudicium: hoc statuitur, aestimationem litium non esse iudicium; Cluent. 116. — eius modi: ĭ. grata; Verr. III, 174.

habet: vides eandem aestimationem propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere, in te criminis, in illo beneficii, in te iniuriae? Verr. III, 214.

nascitur: etenim haec aestimatio nata est initio, iudices, non ex praetorum aut consulum, sed ex aratorum et civitatum commodo; Verr. III, 189.

II. **nach Verben**: 1. **Accusativ**: comprobo: videtis ... hac aestimatione a vobis comprobata neque modum posthac avaritiae cuiusquam neque poenam improbitatis futuram; Verr. III, 221.

constituo: cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? Verr. III, 202.

excogito: quo modo Lyciam ... hac sua, quam tum primum excogitavit, Siciliensi aestimatione adfixerit non est necesse demonstrare verbis; Verr. I, 95.

fero: istam cellam atque istam aestimationem negant ullo modo ferri posse; Verr. III, 203.

habeo: quod [...] in censu habendo potestas omnis aestimationis [habendae] summaeque faciendae censori permittitur; Verr. II, 131.

reprehendo: ĭ. est grata; Verr. III, 214.

2. **Ablativ**: utor: negaret hac aestimatione se usum; Verr. III, 224.

3. **mit Präpositionen**: dico de: de aestimatione frumenti cum dices, sic te audiemus, quasi ..; Verr. III, 222.

pendeo ex: ut intellegas non ex aestimatione neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coniectione annonae atque aestimationis; Verr. III, 189.

pervenio ad: ut vecturae difficultate ad quam vellent aestimationem pervenirent; Verr. III, 190.

queror de: num ... arator quisquam ... in caritate de aestimatione frumenti questus est? Verr. III, 216.

revoco ad: an me ad M. Antonii aestimationem frumenti exactionemque pecuniae revocaturus es? Verr. III, 213.

venio ad: paucos Syracusanos ... nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium aestimationem venisse; Verr. II, 45.

III. **nach Substantiven**: 1. **Genetiv**: auctor: non habes ne ex his quidem hominibus ... ullum auctorem istius aestimationis; Verr. III, 210.

coniectio: ĭ. II, 3. pendeo ex.

consuetudo: ex huius modi principio atque ex liberalitate et accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis introducta est; Verr. III, 189.

genus: nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum; Verr. III, 214. non enim a vobis summa, sed genus aestimationis erit comprobatum; ib. 220.

improbitas, iniquitas: quotus erit iste denarius, ... in quo primum aestimationis iniquitas atque improbitas reprehendatur? Verr. III, 220.

magnitudo: quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur; Verr. III, 222.

modus: etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est aestimationis; Verr. IV, 14.

potestas: ĭ. II, 1. habeo.

quaestus: nam totus quaestus hic, iudices, aestimationis ex annonae natus est varietate; Verr. III, 192.

ratio: ideo valet ista ratio aestimationis in Asia, valet in Hispania; Verr. III, 192.

2. **mit Präpoſition**: controversia de: si mihi tecum neque de annona neque de aestimatione tua potest esse controversia; Verr. III, 194.

IV. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: adfligere: ſ. II, 1. excogito.

adripi reus: est adreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. ... qua aestimatioue ‖appellatione, al.‖ litium? iu qua Postumi mentio facta nulla est; Rab. Post. 11.

concidere: iuvat me haec praeclara nomina artificum ... Verris aestimatione sic concidisse; Verr. IV, 12.

dare: cum optima aestimatione senatus frumentum eos in cellam dare voluisset; Verr. III, 226.

evertere, sublevare: eadem aestimatione alter sublevarat aratores, alter everterat; Verr. III, 215.

exigere: exige eadem aestimatione pecuniam a civitatibus et refer, quam accepisti; Verr. III, 202.

2. **Präpoſitionen**: de: si hoc de cella atque hac aestimatione concederetur; Verr. III, 200.

ex: ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses; Verr. III, 195.

in: si vis .. docere aliquid ab isto simile in aestimatione atque a ceteris esse factum; Verr. III, 193. ſ. 1. adripi; Rab. Post. 11.

**animose,** muthig: confido: (?): * beranimose confidens; Fr. B. XV, 11, 5.

facio: nec solum id animose et fortiter, sed considerate etiam sapienterque fecerunt; Phil. IV, 6.

**animosus,** muthig: si in gladiatoriis pugnis ... timidos atque supplices et ut vivere liceat obsecrantis etiam odisse solemus, fortis atque animosos et se acriter ipsos morti offerentis servare cupimus; Milo 92.

**animus,** Geiſt, Gemüth, Muth, Stolz, Gesinnung, Absicht, Vergnügen: I. **Subject:** aberrat: quarum rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat a sententia suspensus curis maioribus; Phil. VII, 1.

abhorret: pertinere .. ad concordiam civium putavit ... animum Caesaris a causa non abhorrere; Sest. 71. tantum modo in praesidiis eratis, animi vero a causa abhorrebant? Ligar. 28.

angitur: certe si nihil animus praesentiret in posterum et si quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnis cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur nec totiens de ipsa vita dimicaret; Arch. 29.

ardet: „nunc enim demum mi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira“; Cael. 37.

attendit: etiam si non erunt insidiae, ... animus tamen erit sollicitus, ut nihil possit de officiis legationis attendere; Phil. XII, 26.

avet: avet animus apud consilium illud pro reo dicere! Phil. V, 13.

capiunt: cui ... habenda tamen est tanta (gratia), quantam maximam animi nostri capere possunt; Phil. III, 4.

cogit: si me animus atque amor in rem publicam ... non hoc facere coëgisset; Verr. II, 117.

consistit: religiones vero ... violatae ... consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt; Verr. I, 7.

consulit: intellectum est quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere popularem, saluti populi consulentem; Catil. IV, 9.

crescunt: cum socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent; imp. Pomp. 45.

deest: animum illis, non copias defuisse; Verr. V, 135. in ea re publica, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt; Flacc. 61. nec mihi ipsi ||ipse|| ille animus idem meus vobis non incognitus defuit; sen. 33. mihi ... neque in periculis a re publica propulsandis animum neque in sententia simpliciter *e re publica* ferenda fidem ... nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; voluntas nemini; Phil. II, 29. quamquam animus mihi quidem numquam defuit: tempora defuerunt; ib. IV, 1.

dicit: etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satis facere exspectationi hominum, de me aliquid ipso, qui accusatus eram, dicere; Sulla 69. refugit animus, patres conscripti, eaque dicere reformidat ||formidat|| quae L. Antonius ... effecerit; Phil. XIV, 9. ſ. avet.

dimicat: ſ. angitur.

est: tuum est, Caesar, ... quid mihi nunc animi sit, ad te ipsum referre; Deiot. 7. — in: erat animus in reliquis: quamquam erant pauci ..., pugnare tamen se velle clamabant; Verr. V, 89. in quo homine tantum animi fuit, ... ut ..; ib. 112. in te satis esse animi perseverantiaeque arbitror; imp. Pomp. 69. magnos animos esse in bonis viris; Catil. II, 19. vident quantum in te sit animi, quantum ingenii; Muren. 82. cum L. Scipioni provincia Asia ||pc. ia, al.|| obvenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris; Phil. XI, 17. — aequus: concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est; Sex. Rosc. 145. — contentus: quamquam iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semper immortalitatis amore flagravit; Marcell. 27. — expeditus: bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit; har. resp. 60. — gratus: prae se populus Romanus ferebat sibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum constantem et egregium et Q. Ancharii fidem ac fortitudinem ... voluntate ipsa gratam ||gratum|| fuisse; Sest. 113. — iratus: (ubi) frons omnium familiaris (est), multorum animus iratus; Flacc. 87. — is: est etiam nobis is animus, Quirites, ut ..; Catil. III, 28. scilicet is animus erat Milonis, ut ..; Phil. II, 21. nec enim animum eius potestis ignorare nec copias. animus is est, quem videtis ||vidistis||; copiae, quas audistis * *; Phil. XI, 32. — maior: an pietas tua maior quam C. ||quam|| Gracchi? an animus? an consilium? Rabir. 14. — praesto: itaque intellegitis et animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse; Phil. XIII, 13. — qui: nisi in hac causa qui vester animus sit ostenderitis ||ostendetis||; Sex. Rosc. 12. ex quo intellegere posses, qui animus patrius in liberos esset; ib. 46. qui tandem istius animus est nunc in recordatione scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commovear, verum etiam corpore perhorrescam? Verr. IV, 110. quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? leg. agr. II, 96. — sollicitus: ſ. attendit.

exsistit: qui tum animus L. Flacci ..., qui amor in patriam ... exstitit! Flacc. 103. si M. Petrei non excellens animus et amor rei publicae ... exstitisset; Sest. 12.

fallit: permultos et ego novi et, nisi me fallit animus, unus quisque vestrum, qui ..; Sex. Rosc. 48.

ferunt: an tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Arch. 12. hos consules non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Piso 30.

festinat: ad haec enim, quae in civili bello ... fecit, et ad ea, quae cotidie facit, festinat animus; Phil. II, 47. tres viae sunt ad Mutinam — quo festinat animus, ut ..; ib. XII, 22.

flagrat: ſ. est contentus.

frangit se: ſ. angitur.

fugit: est [levis] animi lucem splendoremque fugientis iustam gloriam repudiare; Piso 57.

habet: at in omnium animis atque ore versaris atque divinus animus mortale nihil habuit neque tuorum quicquam potuit emori praeter corpus; Scaur. 50.

impellit: si iam violentior aliqua in re C. Caesar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod ..; Vatin. 15.

laetatur: nubit Oppianico continuo Sassia, lae-

tanti iam animo et spe optime confirmato; Cluent. 28.

occurit: ſ. dicit; Sulla 69.

offendit: noli putare nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet; Planc. 53.

oritur: hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, cum corpere ‖corpori‖ animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, cum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3. § 4.

patet: si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus; Sulla 26.

(patiens: ſ. V, 1. parere).

potest: fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam non numquam impeditus, hoc .. *non* modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere; Cael. 45. ſ. attendit. capiunt. ferunt.

praegestit: praegestit animus iam videre .. lautos iuvenis; Cael. 67.

praesentit: quod optimi et sapientissimi cuiusque animus ita praesentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur; Rabir. 29. ſ. angitur.

reconciliat, reducit: hic me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam; prov. cons. 23.

refert se: ſ. oritur. — reformidat, refugit: ſ. dicit; Phil. XIV, 9. — restituit: ſ. reconciliat. — satis facit: ſ. dicit; Sulla 69.

serviunt: una in illa re servitutis oblita civitas ingemuit servientibusque animis, cum omnia metu tenerentur, ‖animis‖ gemitus tamen populi Romani liber fuit; Phil. II, 64.

spectat: ſ. praesentit. — studet: ſ. dicit; Sulla 69. — sustinet: ſ. potest. — terminat: ſ. angitur.

valet: illae valent apud me excusationes iniuriae tuae, iratus animus tuus, aetas, amicitia nostra; Sulla 47.

videt: ſ. praegestit. — videtur: ſ. praesentit.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** abicio: tu continentiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, ... tu labores tuos ... fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Planc. 9.

abstineo: abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario; Verr. a. pr. 36.

adduco: vestros animos ‖† annos‖ propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut ..; Fr. B. VI, 23.

adfero: hunc igitur animum attulit ad tribunatum P. Sestius; Sest. 13. animum nobis adferre legati debuerunt: timorem attulerunt; Phil. VIII, 22.

adfligo: qui me animo nimis fracto esse atque adflicto loquebantur; dom. 97.

adhibeo: adhibite animos et mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har. resp. 20.

admoneo: nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctis ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet ..; Arch. 29.

adverto: ſ. **animadverto.** (Ⓩ. 229).

alieno: noli igitur animos eorum ordinum, qui praesunt iudiciis ..., alienare a causa; Sulla 64.

armo: ingratus est iniustusque civis, qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum; Marcell. 31.

attendo: quo tempore igitur auris iudex erigeret animumque attenderet? Verr. I, 28. attendite animos ad ea, quae consequuntur; leg. agr. II, 38. (attentus: ſ. V, 1. audire; Sest. 31).

augeo: tu ... eorum (improborum civium) augeas animos, bonorum spem virtutemque debilites? Phil. VII, 5.

avoco: neque is sum, qui ... eis delecter aut utar omnino litteris, quae nostros animos deterrent atque avocant a religione; har. resp. 18.

capio: quae civitas est in Asia quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? imp. Pomp. 66. aliquando ... patrium animum virtutemque capiamus, ut ..; Phil. III, 29.

cohibeo: qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit; imp. Pomp. 66.

commemoro: sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro? Sest. 118.

commoveo: at eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quae ceterorum quoque animos possit alieno incommodo commovere; div. Caec. 55. neque enim magis animos hominum nocentium res umquam ulla commovit quam haec maiorum consuetudo longo intervallo repetita; ib. 67. ut nomine ipso et memoria patris animos imperitae multitudinis commoverem; Verr. I, 151. domo eius omnia abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent commovere; ib. II, 83. commoti animi sunt omnium; ib. 88. voluerunt ... eorum .. animos non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri; ib. III, 14. animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici et illius adulescentis misericordia commoventur; Cluent. 24. non intellegebat animos iudicum non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri; ib. 58. ut animos et populi Romani et iudicum commoverem; ib. 139. poena gravior in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum; Muren. 47. cum ista res nihil commovisset eius animum, ad quem veneratis; Ligar. 28.

compleo: completi sunt animi auresque vestrae, Quirites, me ... commodo vestro obsistere; leg. agr. III, 3.

comprimo: remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent adrogantiam; Flacc. 53.

concito: vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore et odio et communis periculi metu concitarentur; Verr. V, 163. ſ. admoneo.

confirmo: diffidebam mehercule, C. Aquili, satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere; Quinct. 77. eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato; Quir. 19. utrum hoc est confirmare militum animos an debilitare virtutem? Phil. V, 4. ſ. I. laetatur.

conformo: quas (imagines) ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam; Arch. 14.

(coniunctus: ſ. V, 1. negotiari).

conservo: qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset; Verr. III, 134.

consolor: si qua reliqua spes est, quae sociorum animos consolari possit; div. Caec. 18. locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos quam ad consolandos accommodatus; Sulla 17.

contemno: bonorum animos in meo casu contemperat: Milo unus urgebat; Milo 88.

conturbo: qui numquam in acie pertimuerit ..., idem nunc conturbato animo pertimescit ne..; Font. 48.

converto: nunc iam revocandi estis eo, quo vos ipsa causa ... cogit animos mentisque convertere; Sulla 69. convertite animos nunc vicissim ad Milonem; Milo 34.

debeo: semper ita sentiet, talem se animum et generis dignitati et pietati suae et patriae debuisse; Flacc. 104.

debilito: quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit? sen. 36. minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum; Balb. 25. nolite animum meum debilitare cum

luctu tum etiam metu commutatae vestrae voluntatis erga me; Planc. 103.

dedo: i. l. potest.

delenio: „tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adlibendis voluptatibus“? Muren. 74.

demitto: quid C. Neronis ... non nullis in rebus animum nimium timidum atque demissum (proferam)? Verr. I, 75. sic existimatis eos hic ... versari, animo demisso atque humili, ut solent ei, qui ..? Font. 33. erigebat animum iam demissum et oppressum Oppianicus; Cluent. 58. sit apud vos modestiae locus, sit demisso animo ‖ demissis hominibus‖ pertugium; Muren. 87. tamen erat angusti animi atque demissi iusti triumphi honorem dignitatemque contemnere; Piso 57.

demoveo: non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo maior ea, quae periculo mortis iniecto [formidine animum perterritum] loco saepe et certo de statu demovet; Caecin. 42.

deprecor: ut suos novos clientis a bello facieudo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribilis impetus deprecetur; Font. 36.

deterreo: ſ. avoco.

dissolvo: quis tam dissoluto animo est, qui haec cum videat, tacere ac neglegere possit? Sex. Rosc. 32.

effero: quamquam et insolentia dominatus extulerat animos et erat incredibili armatus audacia; dom. 141.

effreno: furor enim quidam ... istius effrenatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut ..; Verr. V, 159.

erigo: qui nunc primum ... spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare a metu coepit; Cluent. 200. magno animo et erecto est; Deiot 36. ut oratio consulum animum meum erexit spemque attulit ... salutis conservandae; Phil. V, 1. quam ob rem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem; Fr. B. XIII, VIII. ſ. demitto; Cluent. 58.

excito: genus est belli eius modi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat; imp. Pomp. 6. ut auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus; har. resp. 41. senatus incredibilis voluntas, equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia; Sest. 87. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed etiam recordatio; Phil. II, 47.

excolo: ſ. l. ferunt; Arch. 12.

expleo: nemo huic tam iniquus praeter parentem fuit, cuius non animum iam expletum esse putemus; Cluent. 202. explevi animos invidorum; placavi odia improborum; dom. 44.

exsaturo: cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent; Verr. V, 65.

exulcero: propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari? Scaur. 35. fore putabant ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret; Deiot. 8.

facio: quae res est quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? imp. Pomp. 27.

firmo: animum adulescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit eis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ....potest; Cluent. 13.

frango: quod si quis existimat, me aut voluntate esse mutata aut debilitata virtute aut animo fracto, vehementer errat; Quir. 19. fracti erant animi hominis; Sest. 89. ut omnium malevolorum, iniquorum, invidiosorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet ..; Balb. 56. ut ... prosternerent se et populo Romano fracto animo atque humili supplicarent; Planc. 50. populi Romani restinguet ardorem, municipiorum atque Italiae franget animos; Phil. V, 25. ſ. abicio. adfligo. debilito; sen. 36.

habeo: non enim vereor ne quis alienum me animum habuisse a causa nobilitatis existimet; Sex. Rosc. 135. hic, qui ... omnia .. habuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris atque hospitis; Verr. II, 95. estne hic, qui .. animum in rem publicam habuit eius modi ..., ut ..? ib. 113. superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus; ib. III, 10. tantum animi habuit ad audaciam, ut ..; ib. 81. quorum animos iam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inimicitias susceperis; ib. V, 182. an vero illi equites Romani ... habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut ..? Font. 26. quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum aut quantam ad male dicendum licentiam, tantum haberent aut ad ementiendum animi aut ad fingendum ingenii; ib. 40. homo timidus imperitusque, qui neque animi neque consilii satis haberet; Caecin. 18. homo mea sententia prudentissimus Caecina tamen in hac re plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; ib. 22. qui si quid animi et virtutis habuisset; Cluent. 171. cum ... ex voltu candidatorum coniecturam faciant quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. si autem fieri posset, vel pluris te animos habere vellem, quos omnis ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non potest, isto *te* animo, quem habes praestantissimum atque optimum, nihil volumus nisi de Bruto cogitare; Phil. XI, 22. expedito nobis homine et parato ... opus est et eo, qui ... habeat ... auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in re publica liberanda; ib. 26. qui animum hostilem habet et cuius facta hostilia sunt; Fr. B. XII, 10.

ignoro: ſ. I. est is; Phil. XI, 32.

impedio: ſ. l. potest.

impello: non igitur impressio, non occisio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt; Flacc. 85.

incendo: quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur; Cluent. 140. vos profecto animum meum tum conservaudae patriae cupiditate incendistis; Sulla 40. ſ. frango; Balb. 56.

incito: causam ipsam, quae levissimi hominis animum in Flaccum incitavit, quaeso, cognoscite; Flacc. 46. cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum conligeret Cassius; Sulla 37. fero ego te, Torquate, iam dudum, fero, et non numquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam revoco ipse et refleeto; ib. 46. qui ... ad imperitorum animos incitandos renovaturum te tua ... latrocinia ... putavisti; dom. 10. ut .. res esset ea, quae sua sponte multitudinis animos incitaret; ib. 12. qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem; Sest. 139. ducibus paratis, animis militum incitatis; Phil. III, 32. ponite igitur ante oculos, patres conscripti, miseram illam quidem et flebilem speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam; ib. XI, 7.

induco: omnia vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, ut ..; Sex. Rosc. 53. neque legare quicquam ‖legare‖ eius modi matri poterat animum inducere; Cluent. 45. si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris; Catil. I, 22.

inflammo: ut animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid et criminando; Verr. II, 89. quae (res) tantum ha-bet ipsa gravitatis, ut neque mea ... neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur; ib. V, 159. homo ... ad inflammandos animos multitudinis accommodatus; Cluent. 79. quis est enim qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata? Phil. XII, 8. itaque tantum afuit, ut inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus; Fr. B. IX, 5. ſ. consolor; Sulla 17. excito; imp. Pomp. 6. har. resp. 41.

inflo: cum tibi spe falsa ... animos rumor inflasset; Piso 89.

intendo: quibus ego rebus quid iste speret et quo animum intendat facile perspicio; Verr. a. pr. 10. quamvis enim intentus animus tuus sit ... ad virum fortissimum ... liberandum, tamen rerum natura coget te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum; Phil. XI, 22. ſ. habeo; Phil. XI, 22.

iudico: magna in hoc certe vis et incredibilis animus et non unius viri vires atque opes iudicantur; Milo 67.

libero: ſ. 1. oritur.

mitigo: M. Fabium ... rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget; Font. 36. quamquam istorum animos, qui ipso Cornelio invident, non est difficillimum mitigare; Balb. 57. quam ob rem conlige te placaque animum istum aliquando et mitiga; Phil. X, 6.

moror: tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum et belli celeritatem morabitur; Phil. V, 26.

moveo: quid, illa, quae leviora videntur esse, non cuiusvis animum possunt movere, quod . . ? Verr. III, 7. sed panca, quae meum animum repente moverunt, prius de L. Murenae fortuna conquerar; Muren. 55. Thyestea est ista exsecratio poëtae volgi animos, non sapientium moventis; Piso 43. quasi .. moveant animos iudicum suis testimoniis; Planc. 55.

muto: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

novi: iam insolentiam noratis hominis; noratis animos eius ac spiritus tribunicios; Cluent. 109.

occaeco: spes rapiendi atque praedandi occaecat animos eorum; Phil. IV, 9.

occupo: volt enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur; Font. 20.

offendo: quae (statuae) populi Romani oculos animosque maxime offendunt; Verr. II, 150. si ego accusator totiens de re eadem dicerem, vererer ne animos vestros offenderem, iudices; ib. III, 126. ut quisque istius animum aut oculos offenderat; ib. V, 143. hanc ... perseverantiam vehementer eis, quorum animum offendere voluerunt, gratam et iucundam fuisse; dom. 8. si cuius forte pontificis animum ... mea sententia offendit; ib. 31. si me invitum putas, ne Cn. Pompei animum offenderem, defendisse [causam]; Rab. Post. 33. profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur remansio? multo minus; Ligar. 4. statua inter reges posita animos hominum vehementer offensos; Deiot. 33. quod (periculum) etsi minus est fugiendum quam turpitudo, tamen offendit animos maioris partis hominum magis; Phil. VII, 16. quorum igitur veteranorum animos ne offendamus veremur? ib. XI, 38. ni vererctur ne veteranorum animos offenderet; ib. XIII, 13. ſ. 1. offendit.

opprimo: quis dubitet quin servorum animos summa formidine oppresserit, cum ..? Verr. V, 14. ſ. demitto; Cluent. 58. effreno.

(paratus: ſ. IV, 2. alqs; Phil. XIII, 13. — V, 1. mori; Catil. IV, 3.)

pellicio: ſ. firmo.

percio: sive enim illud animo irato ac percito fecisset, ut ..; Milo 63.

permoveo: tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem; Verr. V, 150.

perspicio: cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum; Phil. IX, 4. cuius animum egregium dignumque ipso et maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis; ib. X, 13. ſ. habeo; Phil. XI, 26.

perterreo: ut non dubium sit quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi, cuius corpus volneratum sit; Caecin. 42. ſ. demoveo.

perturbo: exanimatus evolat ex senatu, non minus perturbato animo atque voltu, quam si ..; Sest. 28.

pervado: erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae animos gentium barbararum pervaserat; imp. Pomp. 23.

placo: ut ea (virgo Vestalis) nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit; Font. 46. consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; Sest. 87. vestros quidem animos certe confidimus non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos; Balb. 62. ſ. mitigo; Phil. X, 6.

pono: mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus; Cluent. 146. accedit eodem, ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem curam ... in petitione non possit ponere; Muren. 45.

profero: ſ. demitto; Verr. I, 75.

propono: tum meum animum in illos ... proposui; Verr. IV, 140.

reddo: sin ea crudelitas ... vestros quoque animos ... duriores acerbioresque reddidit, actum est, iudices; Sex. Rosc. 150.

refero: cum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque rettuli; Quinct. 47. age nunc, refer animum sis ad veritatem et considera; Sex. Rosc. 48. ſ. intendo; Phil. XI, 22.

reficio: quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant; Arch. 12.

reflecto: ſ. incito; Sulla 46.

refreno: cum eius animum ad persequendum non neglegentia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret; Verr. III, 130.

refrico: cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat; Sulla 19.

renovo: ſ. confirmo; Quir. 19.

repudio: ſ. abicio.

restinguo: ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem ..; Sest. 47.

retardo: ut istius, credo, animos atque impetus retardaret; div. Caec. 33. cum iste atque istius amici ... sermones eius ‖huius‖ modi dissipassent, quo animos testium retardarent; Verr. I, 17.

retineo: ſ. armo.

revoco: revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam universorum civium Romanorum ... caedem; Flacc. 60. revocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam rem publicam; dom. 142. ſ. incito; Sulla 46.

saepio: ſ. 1. oritur. — sano: ſ. exulcero.

satio: quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset; Sulla 1. ut ... in eius corpore lacerando atque vexando cum animum satiare non posset, oculos paverit suos; Phil. XI, 8.

seiungo: quorum animos a vestra auctoritate seiunctos esse arbitrabatur ‖arbitrabamur‖; har. resp. 47.

sollicito: pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum; Catil. IV, 17.

solvo: hoc ego loco soluto et quieto sum animo et quorsum recidat responsum tuum non magno opere laboro; Qu. Rosc. 43. animo coepi multo magis vacuo ac soluto nihil aliud nisi de iudicio agere et cogitare; Verr. a. pr. 26. ubi animo semper soluto liberoque erat; ib. II, 185. nxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere; ib. V, 82. non liberius, quam antea ..., sed paulo solutiore animo tamen ‖tamen animo‖ secum illam haberet; ib. itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram; Tull. 1.

suscipio: de vestri imperii dignitate atque gloria ... videte quem vobis animum suscipiendum putetis; imp. Pomp. 11.

suspendo: cum servitiorum animos in Sicilia

suspensos propter bellum Italiae fugitivorum videret; Verr. V, 14.

tango: ut numquam animum tuum cura fortunarum tuarum cogitatioque tangeret; Verr. III, 65.

tardo: ut omnium inimicorum ‖iniquorum‖ tuorum animos accusatorumque tardares; Verr. II, 167. ſ. refreno.

tego: etenim animus eius voltu, flagitia parietibus tegebantur; Sest. 22.

tempto: cum essent animi servorum et spe et metu temptati, ut aliquid in quaestione dicerent; Cluent. 176.

teneo: ſ. I. oritur.

traduco: an ab hac illius infamia, * nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? Verr. II, 192.

transfero: statim suspicione offensi ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus; Verr. II, 187. mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno suo quaestu animum ad vectigalia redimenda transferret; ib. III, 78. tu, cum [te] de curriculo petitionis deflexisses animumque ad accusandum transtulisses; Muren. 46.

video: atquin huius animum erga M. Brutum studiumque vidistis; Phil. X, 17. ſ. suspendo. — I. est is; Phil. XI, 32.

vinco: animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare; Marcell. 8. sed vincam animum mihique imperabo; Phil. XII, 21.

2. **Genetiv**: angor: angebatur animi necessario, quod . .; Verr. II, 84.

sum: nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ‖ animorum vestrorum ‖ ac magnificentiae; leg. agr. II, 22. etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis ... amplitudinem nominis . . . tradere; Muren. 16. est vestri animi atque virtutis declarare non esse eos vos . .; Sulla 93. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut . .? Arch. 30. nimium me timiduin, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor; Sest. 36. harum rerum tot atque tantarum esse defensorem et patronum magni animi est, magni ingenii magnaeque constantiae; ib. 99. novum hominem — fuit enim et animi satis magni et consilii; Planc. 12. ut . . . ad eos ipsos rediret. magni cuiusdam animi atque eius viri est, quem . .; Ligar. 26. qui oblivisci nihil soles nisi iniurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui; ib. 35. cuius tam inhumani et iugrati animi (fuerit), a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri? Deiot. 15. maioris omnino est consilii providere ne quid tale accidat, animi non minoris fortiter ferre, si evenerit; Phil. XI, 7. ſ. I. fugit. — II, 1. demitto; Piso 57.

3. **Dativ**: adfero: exspectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non videt? Phil. VII, 1.

infigo: haec cura . . erit infixa animo meo sempiterna, ut . .; Quir. 25.

insero: inest hoc tempore haud obscurum odium atque id insitum penitus et inustum animis hominum amplissimorum; har. resp. 55.

inuro: videte, iudices, quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque amicorum animis inusserint istius iniuriae; Verr. II, 163. ſ. insero.

mando: percipite, quaeso, diligenter quae dicam et ea penitus animis vestris mentibusque mandate; Catil. I, 27.

servio: quae (persona principis) non animis solum debet, sed etiam oculis servire civium; Phil. VIII, 29.

sum: absurdus: fraudavit Roscius. est hoc quidem primum auribus animisque omnium ‖ hominum ‖ absurdum; Qu. Rosc. 19. — perfugium: ſ. I. demitto; Muren. 87.

supplico: cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font. 41.

4. **Ablativ**: haereo: consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor; Phil. II, 64.

sum: quo me tandem animo fore putatis ‖ putetis ‖, si . .? Verr. a. pr. 40. qui si animo esset eo ‖ eo animo esset, animo esset ex quo, al. ‖, quo non modo eques Romanus, sed quivis liber debet esse; ib. II, 58. hoc animo esse Siculos, ut . .; ib. 157. Antiochus, qui animo et puerili esset et regio; ib. IV, 65. qua re non dubito quo animo iudex huius criminis esse debeas, qui . .; ib. 70. de quibus (testibus) ego antea laborabam . . ., nunc sum animo acquissimo; Caecin. 3. vos ... quo tandem animo esse debetis? imp. Pomp. 11. quo tandem igitur animo esse existimatis . . eos, qui . .? ib. 16. quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus . .? Cluent. 29. eum ... neque genere neque animo regio esse; leg. agr. II, 42. quid censetis . . .? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? ib. 45. Pompeius autem hoc animo est ‖ sit ‖, ut . .; ib. 62. tamen hoc animo semper fui, ut . .; Catil. I, 29. gladiatores . . ., quamquam animo meliore sunt quam pars patriciorum; ib. II, 26. quo tandem me animo esse oportet . .? Muren. 4. qui et quo animo iam sit et qualis vir futurus sit videmus; ib. 73. sin hoc animo quam plurimos esse voltis; Flacc. 105. ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse . . . fateor; Arch. 15. quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut . .? ib. 17. dubitatis quo animo in me conservando fuerit futurus, cum . .? sen. 9. iam vero praetores quo animo in me fuerint vos existimare potuistis, cum . .; ib. 22. hoc si animo in vos liberosque vestros fuissem; Quir. 1. in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset; har. resp. 5. quonam me animo in eos esse oportet, cuius . . ? prov. cons. 2. quo animo unus quisque vestrum debet esse in illos, hoc ero; ib. crudelis haberetur, si in hostis animo fuisset eo, quo fuit in civis Romanos; ib. 10. quo quisque animo futurus sit nescio; ib. 39. quo me tandem in te animo putas esse, Laterensis? Planc. 78. nemo erit tam crudeli animo tamque inhumano ... qui . .; ib. 102. hoc animo igitur senatus; Rab. Post. 13. neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus hortantur; Mil. 3. qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt; ib. 29. „te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum“; ib. 99. quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? ib. 101. hic aequo animo esse potuit belli discidio distractus a fratribus? Ligar. 5. cum (rex) a te esset animo alieno; Deiot. 22. alieno autem a te animo fuit quo modo? ‖ fuit. quo modo? ‖ ib. 24. quo tum rex animo fuit? ib. 25. quo quidem animo cum antea fuit, tum . .; ib. 38. iubes enim eum bene sperare et bono esse animo; ib. sunt enim (consules) optimo animo, summo consilio, singulari concordia; Phil. III, 2. quo ‖ quam ‖ animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cum in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset? ib. V, 22. maximum vero eius beneficium numero, quod hoc animo in rem publicam est; ib. XIII, 7. in quas (colonias) eodem est animo; ib. XIV, 9. quam diu quidem hoc animo erga vos illa plebs erit, quo se ostendit esse, cum . .; Fr. B. VI, 28. ſ. II, 1. adfligo dissolvo. frango; Quir. 19. solvo; Qu. Rosc. 43. Verr. II, 185.

5. **mit Präpoſitionen**: accedo ad: verebar ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet; Cael. 25.

accido ad: nihil istum quod ad oculos animumque acciderit ... reliquisse; Verr. IV, 2.

adfigo in: neque (causa) delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est; Verr. V, 139.

adhaeresco in: sic nunc horum te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas; Scaur. 49.

amitto ex: adsidnitate molestiarum sensum om-

nem humanitatis ex animis amittimus; Sex. Rosc. 154.

cogito cum: sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare; leg. agr. II, 64.

condo, conloco in: in animis ego vestris omnis triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et conlocari volo; Catil. III, 26.

considero cum: considerate cum vestris animis vosmet ipsi ecquem putetis . .; Verr. III, 29.

defigo in: at quam sententiam dixi? primum eam, quam populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; dom. 9.

deleo ex: ut ... deleatis ex animo suo suspicionem omnemque metum tollatis; Sex. Rosc. 6.

delibero: sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum, omnis ... iudices reicere; Verr. III, 95.

dico de: ut de eorum constantia atque animo in rem publicam dicam, quorum . .; Sulla 82. — ex: equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio et quod vobis audientibus saepe iam dixi; Piso 81.

eicio ex: ut amorem illum penitus insitum eicceret ex animo; Sex. Rosc. 53.

evello ex: hunc sibi ex animo scrupulum ... ut evellatis postulat; Sex. Rosc. 6. evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Cluent. 4.

excido ex: nonne vobis videor ... medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possim evellere, ex animo quidem certe excidere? prov. cons. 43.

excito ad: fuistisne vos ad patrium illum animum maiorumque virtutem excitaturi? Sest. 81.

expono in: vitam alterius ... non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere; div. Caec. 27.

habeo in: „istum exheredare in animo habebat"; Sex. Rosc. 52. „ne exheredaretur veritus est". ... „habebat pater in animo"; ib. 58. accusatores inimicosque eius habere in animo pecuniam praetori dare; Verr. II, 69. uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum; ib. 149. multi reges, multae liberae civitates, multi privati opulenti ac potentes habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut ..; ib. IV, 68. me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere; Cluent. 143. multa se arbitratur et peperisse ante factis et habere in animo atque virtute, quae nullo modo possit amittere; Deiot. 37. — momentum apud: ut sua religio, laudatio, auctoritas || in laudatione auctoritatis || aliquid apud vestros animos || et || momenti habuisse videatur; Font. 14.

haereo in: nec haerere in animis hominum sollicitudinem sempiternam; Deiot. 39.

induco in: ut ... in animum || *animum* || inducam, cuius nuper ferrum rettuderim ..., eiusdem nunc causam ... defendere; Sulla 83.

innascor, insero in: hoc ... Siculis ita persuasum est, ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; Verr. IV, 106. ſ. adfigo in.

insido in: quae (oratio) non praetervecta sit auris vestras, sed in animis omnium penitus insederit; Balb. 4. ſ. II, 1. exulcero; Deiot. 8.

interest inter: ſ. I. consulit.

permano ad: ex quo (sanguine) si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut ..; Sex. Rosc. 66.

propono ante: vos ante oculos animosque vestros ... huius importunitatem, Aproniī regnum proponite; Verr. III, 58.

recordor cum: haec ... facilius credetis, si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Stateni vitam et naturam volueritis; Cluent. 70.

statuo cum: ſ. delibero cum.

sum in: in animo est ... leviter transire ac tantum modo perstringere unam quamque rem; Sex. Rosc. 91. quoniam in animo est causam omnem exponere; Verr. I, 32. SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQUI; ib. 84. dicis tibi in animo esse alio tempore persequi; ib. neque erat in animo postulare; ib. IV, 137. esse vim || si vim, al. || non in caede solum, sed etiam in animo; Caecin. 76. cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus; Marcell. 22.

tollo ex: ſ. deleo ex.

valeo apud: ut illud quaeramus ..., ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat; div. Caec. 17.

versor in: cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur; Verr. III, 131. numquam tibi populi Romani absentis dignitas, numquam species ipsa huiusce multitudinis in oculis animoque versata est? ib. V, 144. versantur enim, Quirites, in animo meo multae et graves cogitationes; leg. agr. II, 5. ſ. I. habet.

video de: alio loco de aratorum animo et inriis videro; Verr. II, 150.

III. **nach Adjectiven:** 1. **Ablativ:** praeditus: hae deliciae, quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse; Cael. 44.

2. **mit Präpoſition:** amicus ex: qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano iudicavit; Phil. XI, 34.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** alqs: ipse ... in re militari . . summi consilii et maximi animi; Font. 41.

alqd: ſ. I. est; Deiot. 7. est in; Verr. V, 112. imp. Pomp. 69. Muren. 82. Phil. XI, 17. — II, 1. habeo; Verr. III, 81. Font. 26. 40. Caecin. 18. 22. Cluent. 171. Muren. 44.

abiectio: quid debilitatio atque abiectio animi tui? Piso 88.

acies: nec illius animi aciem praestringit || perstringit || spleudor sui nominis; Rab. Post. 43. praestrinxerat aciem animi D. Bruti salus; Phil. XII, 3.

adversio: hanc animi adversionem || *remissionem* || humanissimam ac liberalissimam iudicaretis; Arch. 16.

adulescens: hic ergo adulescens maximi animi, ut verissime scribit Hirtius, castra ... tutatus est; Phil. XIV, 28.

aequitas: quanta auctoritate, quanta animi aequitate, quanto pudore ... dicantur; Font. 23. si ego eius aequitatem animi probe novi; leg. agr. I, 14. hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

ardor: non fuit recusandum in tanto civili bello, tanto animorum ardore et armorum, quin . .; Marcell. 24 quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? Ligar. 9. ubi dolor? ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querellas solet? Fr. B. IX, 5.

atrocitas: non atrocitate animi moveor ..., sed singulari quadam humanitate et misericordia; Catil. IV, 11.

benevolentia: ſ. I. deest; Quir. 24.

caecitas: non mirum est, praesertim in furore animi et caecitate, multa illum et te fefellisse; dom. 129.

cogitationes: suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent; Sex. Rosc. 67.

concitatio: eaedem vero tantam ... quis umquam in foro vidit? qua ex concitatione || concertatione || animorum? Sest. 77.

coniectus: facit enim, iudices, vester iste in me animorum oculorumque coniectus || contectus ||, ut ..; Sest. 115.

conscientiae: ſ. cogitationes.

contentio: qui ... dolorem suum magna contentione animi persequebatur; Sest. 39. ut ... om-

nem .. vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret; Cael. 39.

continentia: ora maritima . . Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit; imp. Pomp. 67.

cruciatus: ut omnis animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur; Catil. IV, 10.

cupiditates: luxuries igitur hominem ... et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt? Sex. Rosc. 39.

cura: ut requiescerem curamque animi remitterem; Verr. IV, 137. ut non solum testimonium suum iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem; Cluent. 196.

debilitatio: ſ. abiectio.

disiunctio: non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit; leg. agr. II, 14.

dolor: ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex. Rosc. 129. cupiebam animi dolorem voltu tegere et taciturnitate celare; Verr. a. pr. 21. qua gravitate verborum, quo dolore animi dicam? ib. V, 158. quae ‖que, quam‖ videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent. 16. quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; ib. 168. multos uno ‖una, al.‖ dolores animi atque corporis et omnis scelerum poenas ademisset; Catil. IV, 8. hominis miseri et cum corporis morbo tum animi dolore confecti; Muren. 86. qui concursus ex oppidis finitimis undique? qui dolor animorum? Flacc. 74. sed iam impedior egomet,‘iudices, dolore animi, ne ... plura dicam; Sulla 92. qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis volneribus ostendit; sen. 30. excitatus .. aliquando Cn. Pompei nimium diu reconditus et penitus abstrusus animi dolor subvenit subito rei publicae; dom. 25. suscipere tantos animi dolores ..., ea laus ... divina est ‖sit‖; ib. 98. si me ... efferret aliquando ad gloriam ... animi quidam dolor; har. resp. 17. fuit in his omnibus, etsi non iusta (causa) ..., gravis tamen et cum aliquo animi ‖et‖ virilis dolore coniuncta; ib. 44. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem; Sest. 63. quamquam dolor animi, innata libertas ... fortissimum virum hortabatur, ut ..; ib. 88. nec vero sine magno animi maerore ac dolore ... de te recordor; Scaur. 49. ut cum illo commodo ... animi quidam dolor iungeretur; Phil. II, 40. sine verborum contumelia a te dissentire possum, sine animi summo dolore non possum; ib. VIII, 17. ego autem sine iracundia dico omnia nec tamen sine dolore animi; ib. 19. ſ. cura; Cluent. 196.

duritia: eam .. animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem; dom. 97. an ego tantam aut animi duritiem habere aut oculorum impudentiam possim, ut ..? ib. 101.

effrenatio: quae effrenatio impotentis animi! Phil. V, 22.

egestas: magna maiestas consulis: ... non recipit levitas ista, non egestas animi; Piso 24.

firmitas: ut eum tali virtute tantaque firmitate animi se in rem publicam fuisse paeniteat; Sest. 95.

fructus: hoc ego ... beneficium ... ad animi mei fructum atque laetitiam duco esse permagnum; leg. agr. II, 5.

furor: qui propter insitum quendam animi furorem discordiis civium ac seditione pascantur; Sest. 99. ſ. caecitas.

gravitas: si ... non me ipsa res publica ... ad gravitatem animi et constantiam sua dignitate revocaret; Sulla 83.

homo: homo amantissimus patriae, maximi animi, summi consilii; Sulla 34.

impetus: ac te ipsum ... nunc .. animi quodam impetu concitatum ... iam usus flectet; Muren. 65. de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; Cael. 76.

importunitas: quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto ... vellet; Cluent. 170.

indicium: hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si ..; sen. 8.

infirmitas: opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi ... impositum est, aut propter perfidiam abicere aut propter infirmitatem animi deponere; Sex. Rosc. 10.

iudicium: ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non possum; Muren. 60. de iudicio animi mei, ut volet, quisque sentiat; Rab. Post. 44.

laetitia: ſ. fructus.

legatus: hoc igitur in bello L. Mureuam legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus; Muren. 34.

lenitas: si impendens patriae periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit; Catil. II, 28. qua mollitia sum animi ac lenitate; Sulla 18. at haec [tua iustitia et lenitas animi] florescet cotidie magis; Marcell. 12.

maeror: ſ. dolor; Scaur. 49.

magnitudo: finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnis denique virtutes magnum hominem et excelsum; Muren. 60. haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut ..; Flacc. 28. qui consul insidias rei publicae ... magnitudine animi vindicasset; Sulla 14. C. autem Gracchum ... dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit; har. resp. 43. vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia; Sest. 26. ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret; ib. 60. quid ego de singulari magnitudine animi eius ac de incredibili virtute dicam? ib. 62. hominis ... divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, fide praediti; ib. 85. qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt; ib. 139. unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur; ib. 141. sum Cn. Pompei virtutem et animi magnitudinem admiratus; prov. cons. 27. si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit ... quam aedilitas; Planc. 50. cuius in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi ..; Rab. Post. 3. cum magnitudine animi tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat; ib. 4. me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse; Milo 1. recordamini ... quae (fuerit) magnitudo animi, qui voltus, quae oratio; ib. 61. cum tu ... unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres; ib. 69. tanta (est) in magnitudine animi et consilii dignitas, ut ..; Marcell. 19. quid de virtute eius dicam? de magnitudine animi, gravitate, constantia? Deiot. 37. cum C. Caesar deorum immortalium beneficio, divina animi, ingenii, consilii magnitudine ... colonias patrias adiit; Phil. V, 23. huius magnitudini animi, gravitati, sapientiae tempestas est oblata formidolosissimi temporis; ib. VII, 7. eius virtute, consilio, magnitudine animi liberatam rem publicam arbitrabatur; ib. VIII, 13. uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisque gravitati; ib. IX, 9. alterius consilium, ingenium ... magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? ib. XI, 9. C. Cassius, pari magnitudine animi et consilii praeditus; ib. 28. at qui consul! ... si magnitudinem animi (quaerimus), qui praeferret mortem servituti; ib. XII, 2. eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine animi, felicitate populum Romanum ... liberatum; ib. XIV, 37.

memoria: tantum .. apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut ..; Marcell. 14.

molestia: cum ... hic ... nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia; Cluent. 10.

mollitia: ſ. lenitas; Sulla 18

monumenta: huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? Milo 104.

motus: ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? Arch. 17. cogitemus denique corpus virorum fortium ... esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam; Sest. 143. quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora; Deiot. 5.

natura: illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque cum animi tum corporis; Sulla 78.

offensio: adfectum illum quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui meminerant; Deiot. 8.

opinio: quae fuerit ... Cn. Pompei gravitas in dicendo ..., non opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

perturbatio: hoc metu ‖motu‖ atque hac perturbatione animorum atque rerum, cum ... auctoritas consulis ... inluxerit; leg. agr. I, 24. nulla perturbatio animi, nulla corporis; Fr. B. IX, 5.

praesentia: videbant enim sapientissimi homines facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam; Milo 62.

principium: est hoc principium improbi animi, miseri ingenii, nulli ‖nullius‖ consilii; Qu. Rosc. 48.

requies: quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum; Arch. 13.

robur: si qui .. hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit, ut ..; Cael. 39. est quodam incredibili robore animi; Milo 101.

satietas: sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum; Verr. IV, 105.

sensus: verbum ipsum omnibus animi et corporis sensibus devorabat; Sest. 23. ſ. dolor; Sex. Rosc. 129. molestia.

simulacra: an statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt ..? Arch. 30.

sollicitudo: hic ego tum ad respondendum surrexi, qua cura! ... qua sollicitudine animi! quo timore! Cluent. 51.

spes: ut ... redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum; Phil. II, 46.

terror: et volnus corporis magis istam vim quam terror animi declarabit; Caecin. 43.

tranquillitas: ut ... reditu ... spes otii, tranquillitas animorum, iudicia ... simul reducta videantur; dom. 17.

vestigia: qui (est enim) locus in quo non exstent huius ... cum animi tum consilii impressa vestigia? Balb. 13.

vir: quod forsitan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit; Sest. 45. defendo ‖defendendo‖ fortem egregiumque virum, magni animi, summi laboris, optimi consilii opti.‖; Fr. A. III, 13.

curriculum: quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo [et tam brevi] tantis nos in laboribus exerceamus? Arch. 28.

cursus: nesciebam vitae brevem esse cursum, gloriae sempiternum? Sest. 47.

defensio: verum ad istam omnem orationem brevis est defensio; Cael. 9.

dies: itaque cum ego diem inquirendi in Siciliam perexiguam postulavissem, invenit iste qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet; Verr. a. pr. 6.

oratio: longiorem orationem causa forsitan postulet || † forsitan postulat ||, tua certe natura breviorem; Ligar. 38.

(pars: altera pars ... per mihi brevis ... fore videtur; Cluent. 2).

postulatio: si vobis aequa et honesta postulatio videtur .., ego contra brevem postulationem adfero et ... aliquanto aequiorem; Sex. Rosc. 7.

ratio: sed mihi Aetnensium brevis est ratio; ipsi enim venerunt; Verr. III, 106.

tempus: quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem ... possederat; Verr. III, 158. brevi tempore ad fanum ex urbe tota concurritur; ib. IV, 95. brevi illo tempore Q. Catii Aemiliani ... duo homines occiderunt; Tull. 19. brevi tempore M. Fulcinius adulescens mortuus est; Caecin. 12. tantamne unius hominis incredibilis ... virtus tam brevi tempore lucem adferre rei publicae potuit, ut ..? imp. Pomp. 33. quis enim unquam ... tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit? ib. 34. quod ex locis tam longinquis tamque diversis tam brevi tempore omnes huic se uni dediderunt; ib. 46. quae (filia) brevi tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino; Cluent. 11. interim brevi tempore illi ... Larinum revertuntur; ib. 24. Asuvius autem *ab eo* [brevi illo tempore] ... in arenarias quasdam ... perductus occiditur; ib. 37. cum hunc brevi tempore accusaturus esses; ib. 187. deserite eos, a quibus, nisi prospicitis, brevi tempore deseremini; leg. agr. I, 26. habes ubi osteutes tuam ... patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties; Catil. I, 26. videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, periculum autem residebit; ib. 31. quos si meus consulatus ... sustulerit, non breve nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit rei publicae; ib. II, 11. haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt? Flacc. 5 (3. 39). illa enim (res publica) ad breve tempus severitatem postulavit; Sulla 8. ita populus Romanus brevi tempore neque regem sacrorum neque flamines nec Salios habebit; dom. 38. videtis me tamen in meam pristinam dignitatem brevi tempore doloris interiecto rei publicae voce esse revocatum; Sest. 52. sentient ... brevi tempore manere libertatem illam; ib. 60. quae mihi brevi tempore ex eodem isto loco video esse dicenda, servabo; Vatin. 33. Piso autem alio quodam modo gloriatur se brevi tempore perfecisse, ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur; prov. cons. 12. quod brevi tempore futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum et suis sedibus; Marcell. 10. dolebam ... rem publicam vestris quondam meisque consiliis conservatam brevi tempore esse perituram; Phil. II, 37. quamquam enim adsunt Kalendae Ianuariae, tamen breve tempus longum est imparatis; ib. III, 2. crimus protecto liberi brevi tempore; ib. 36. Antonii nefarium latrocinium ... virtute exercituum ducumque vestrorum brevi tempore oppressum audietis; ib. IV 15. ut portenti simile videatur tantam pecuniam populi Romani tam brevi tempore perire potuisse; ib. V, 11. brevi tempore hibertatem populi Romani auctoritatemque vestram recuperabitis, ib. 34. cum .. exercitum tantum tam brevi tempore ... conscripserit. comparavit; ib. 36. ego vero metuo ... ne illi (cives perditi), brevi tempore nimis multi nobis esse videantur; ib. VII, 8.

vita: eis enim maiores nostri, qui ob rem publicam mortem obierant, pro brevi vita diuturnam memoriam reddiderunt; Phil. IX, 4. brevis a natura nobis vita data est; at memoria bene redditae vitae sempiterna; ib. XIV, 32.

II. **adsein**: 1. dico: longum est ea dicere, sed hoc breve dicam; Sest. 12.

2. circumscribi, definiri: numerus ... huius generis late et varie diffusus est, sed genus universum, ut tollatur error, brevi circumscribi et definiri potest; Sest. 97.

explicare: cuius ego temporis rationem explicabo brevi neque invitus; Planc. 95.

percurrere: id, tametsi extra causam est, percurram tamen brevi, ut .. ; Caecin. 94.

recuperare: populus quidem Romanus brevi ... ius suum, me agente, ... recuperabit; Verr. V, 173.

**brevitas,** Kürze: I. est amica: quod ... a me, qui neque excogitare neque pronuntiare multa possum, brevitas postulatur, quae mihimet ipsi amicissima est; Quinct. 34. — tanta: cuius (P. Sulpicii) tanta in dicendo gravitas, tanta incunditas, tanta brevitas fuit, ut .. ; har. resp. 41.

II. cognosco: primum brevitatem cognoscite. „ACCEPI" inquit ..; Verr. I, 36.

consolor: esse hanc (gloriam) unam, quae brevitatem vitae posteritatis memoria consolaretur; Milo 97.

contineo: ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris et flagitiis continebatur; Verr. V, 26.

postulo: s. I. est amica.

III. ratio: quod ... multa .. propter rationem brevitatis ac temporis praetermittenda existimem; Verr. I, 103.

IV, 1. compensare: vestra ... benignitas provexit orationem meam. sed hoc compensabo brevitate eius orationis, quae .. ; dom. 32.

excipi: ascripsit ALIUDVE QUID; qua brevitate rem nullam esse exceptam videtis; leg. agr. II, 38.

ponderare: nolite ... brevitate orationis meae potius quam rerum ipsarum magnitudine crimina ponderare; Verr. I, 42.

2. causa: sed haec, quae sunt oratoris propria ..., brevitatis causa relinquo omnia; Cael. 54.

**breviter,** kurz: attingo: genera ipsa cupio breviter attingere; Verr. IV, 57.

cognosco: etenim rem totam, iudices, breviter cognoscite; Verr. II, 169. ac primum de Agyrinensi populo fideli et inlustri breviter cognoscite; ib. III, 67.

commemoro: quiddam de communi condicione omnium nostrum deprecandae malevolentiae causa breviter commemorandum videtur; Balb. 18.

considero: quae breviter qualia sint in Cn. Pompeio consideremus; imp. Pomp. 36.

defendo: profecto intellegetis ea, quae paucis demonstrari potuerint. brevissime esse defensa; Cluent. 160.

demonstro: nunc rem ipsam, ut gesta sit, dum breviter vobis demonstro, attendite; Tull. 13. his tantis sceleribus breviter a me demonstratis; Cluent. 29.

dico: dicit unus et alter (testium) breviter; nihil interrogatur; praeco DIXISSE pronuntiat; Verr. II, 75. de quo dum certa et pauca et magna dicam breviter attendite; ib. III. 163. iam enim non modo breviter mihi de uno quoque dicendum, sed etiam praetereunda videntur esse permulta; ib. IV. 97. virgis quam multos ceciderit quid ego commemorem? tantum brevissime .. dico: nullum fuit omnino civitatis ... discrimen; ib. V, 140. hoc brevissime dicam, neminem unquam tam impudentem fuisse, qui .. ; imp. Pomp. 48. cum ea, quae copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur; Cluent. 29. accusatus est criminibus .. et eis, quae a me breviter dicta sunt, et praeterea multis, quae ego omnia [nunc] omitto; ib. 59. quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi .., ea .. ; Arch. 32. de exercitu dicam breviter, ut cetera; Deiot. 22. nec vero tibi de versibus plura respondebo: tantum dicam breviter, te neque illos neque ullas omnino litteras nosse; Phil. II, 20.

disputo: dum .. de singulis sententiis breviter disputo, velim ... me attente audiatis; Phil. XIII, 22.

explico: non alienum esse arbitror ... explicare breviter quae mihi sit ratio et causa cum Caesare; prov. cons. 40.

expono: quid moliatur breviter iam, iudices,

vobis exponam; Verr. a. pr. 16. exponam vobis breviter quid hominis sit; ib. II, 134. haec dum breviter expono, ... diligenter attendite; ib. V, 42. hoc loco faciendum mihi .. est, ut vobis breviter illa ... crimina exponam; Cluent. 10. quae quoniam in senatu inlustrata ... sunt per me, vobis iam exponam breviter, Quirites; Catil. III, 3. exposui breviter consulatum meum; Piso 7. rem gestam vobis dum breviter expono, quaeso, diligenter attendite; Milo 23. exponam vobis breviter consilium et profectionis et reversionis meae; Phil. I, 1. exposui ... profectionis consilium: nunc reversionis ... breviter exponam; ib. 7.

interrogo: mihi enim semper una quaque de re testis non solum semel, verum etiam breviter interrogandus est ‖et‖; Font. 22.

perstringo: rei magnitudo me breviter perstringere atrocitatem criminis non sinit; Verr. IV, 105.

recognosco: quae iste in Apollonio fecit, ea primum breviter recognoscite, quot et quanta sint; Verr. V, 23.

respondeo: sed de isto custode toto sic vobis breviter respondebo; div. Caec. 51. dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo, quaeso, ut me ... attente .. audiatis; Cluent. 8. qui cum illi breviter constanterque respondissent ..; Catil. III, 11.

satis facio: sic breviter ... quasi praeteriens satis faciam universis; div. Caec. 50.

**bucca.** Backe: erant illi compti capilli et madentes cinciunorum fimbriae et fluentes † pulsataeque buccae, dignae Capua, sed illa vetere; Piso 25.

**bucina.** Horn: cantus: te gallorum, illum bucinarum cantus exsuscitat; tu actionem [instituis], ille aciem instruit; Muren. 22.

signum dare: signum, quod erat notum vicinitati, buciua datur; homines ex agris concurrunt; Verr. IV, 96.

**bucula,** kleine Kuh: amitto: quid Atheniensis (arbitramini merere velle), ut ex marmore lacchum aut Paralum pictum aut ex acre Myronis buculam (amittant)? Verr. IV, 135.

**bulla.** Knopf, Buckel, Kapfel: sunt, al.: nam bullas aureas omnis ex eis valvis, quae erant multae et graves, non dubitavit auferre; quarum iste non opere delectabatur, sed pondere; Verr. IV, 124.

sine: neque te tam commovebat, quod ille cum toga praetexta, quam quod sine bulla venerat; Verr. I, 152.

**bustuarius.** für die Leichenfeier bestimmt: gladiator: si mihi cum illo bustuario gladiatore et tecum et cum conlega tuo decertandum fuisset; Piso 19.

**bustum.** Leichenbrandstätte, Grabmal, Grab: I, 1. cum tu interim, bustum rei publicae, qui te consulem tum Romae dicis fuisse, verbo numquam significaris sententiam tuam tantis in naufragiis civitatis; Piso 9.

2. sum: cui (latroni) templum illud fuit te consule ... bustum legum omnium ac religionum; Piso 11.

II, 1. dispergo: eos ... nec inhumatos esse nec desertos ... nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus; Phil. XIV, 34.

everto, veneror: cum illud, quod venerari solebas, bustum in foro evertit; Phil. II, 107.

facio; cum ... idem ... bustum in foro faceret, qui illam insepultam sepulturam effecerant; Phil. I, 5.

impono: ut in vivi etiam et spirantis capite bustum ‖capitibus tum, al.‖ suis manibus imponeret; dom. 134.

2. aufero de: signum de busto meretricis ablatum isti dedit; dom. 112.

III. in: quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto vobis ducibus mactatus essem; Piso 16.

---

**Cachinno.** laut auflachen: ridere convivae, cachinnare ipse Aprouius; Verr. III, 62.

**cadaver.** Leichnam: 1. abicio, al.: futuros aliquos qui abiectum hoc cadaver consularibus spoliis nudare non nolint; Piso 82. tu P. Clodii cruendum cadaver eiecisti domo, tu in publicum abiecisti, tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatioue, intelicissimis lignis semiustilatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti; Milo 33.

eicio: ab hoc eiecto cadavere quicquam mihi aut opis aut ornamenti expetebam? Piso 19.

sterno: qui (sol), ante quam se abderet, stratis cadaveribus parricidarum cum paucis fugientem vidit Antonium; Phil. XIV, 27.

2. resisto: sunt ... qui ab eo spirante forum putent potuisse defendi, cuius non restiterit cadaveri curia! Milo 91.

**cado.** fallen, sinken, untergehen, unterliegen; anheimfallen; widerfahren, ausfallen, zutreffen, passen: I, **unperfönlich**: cervices latronibus dandae atque in patria cadendum est; Phil. XII, 15.

II. **perfönlich**: alqs: numquam te ... sub legum et iudiciorum potestatem casurum esse duxisti? Verr. V, 144. qui ... sub populi Romani imperium dicionemque ceciderunt; Font. 12. Oppianicus ... cecidisse de equo dicitur; Cluent. 175. si turpe existimas te advocato illum ipsum, quem contra veneris *antea*, causa cadere; Muren. 9. noluerunt ... ita quemquam cadere in iudicio, ut nimiis adversarii viribus abiectus videretur; ib. 58. horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit; har. resp. 54. ne .. victus a fortibus viris cum dedecore caderet; Sest. 37. uter eorum perisset ..., lucrum fieri putabat, immortalem vero quaestum si uterque cecidisset; Piso 27. ibi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi haec etiam timentes in suspicionem caderent; Milo 50. ut etiam ille melior sit, qui in acie cecidit, qui in causa animam profudit; Marcell. 31. solus .. es, C. Caesar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus; Deiot. 34. ut cum dignitate potius cadamus quam cum ignominia serviamus; Phil. III, 35. semel ... cecidi sciens, ut honestissime exsurgere possem; ib. XII, 24. „quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est“; ib. XIII, 40. „utri ceciderint“, scribit „lucro nobis futurum“; ib. *ut* cum plurimos caderent, caderent non nulli ‖cadere non nullos, al.‖; ib. XIV, 38.

alqd: hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est; Verr. a. pr. 5. in quo (loco) aliquid a poëta dictum cadere in tempus nostrum videretur; Sest. 118. nihil est quod in eius modi mulierem non

cadere videatur; Cael. 69. quis iam amovet *culpam ab eo*, quod male cecidit? Rab. Post. 5. „at non cadunt haec in Antonium.“ hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. quid enim in eum non cadit? Phil. V, 7. ſ. incommodum.

arma: omnibus istis latronibus auctoritate ipsa senatus iam pridem de manibus arma cecidissent; Phil. XIV, 21.

auctoritas: auctoritas principum cecidit; consensus ordinum est divolsus; har. resp. 60.

auxilia: omnia alia perfugia bonorum, praesidia innocentium, subsidia rei publicae, consilia, auxilia, iura ceciderunt; Flacc. 3

belua: religiones ... ipsae, quae illam beluam cadere viderunt. commosse se videntur; Milo 85.

civitas: ut tanta civitas, si cadet ..., a viro tamen confecta videatur; har. resp. 42.

conlega: quia in eandem cadere suspicionem conlega, vir clarissimus, non potest; Phil. XI, 24.

consilia: quo ue trudamur, di immortales nos admonent, quoniam iam pridem humana consilia ceciderunt; har. resp. 61. ſ. auxilia.

facinus: quod igitur facinus nec in hominem imprudentem caderet propter metum praesentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id ..? Deiot. 16.

gloria: singularis illa ... gloria, quae cotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam Clodii morte cecidit; Milo 34.

ignominia: in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat; Sest. 30.

incommodum: ut, cum ipsi nihil alteri sciuntes incommodarint, nihil ipsis iure iucommodi cadere possit; Quinct. 51.

iura: ſ. auxilia.

nomina: habent Etrusci libri nomina certa, quae iu id genus civium cadere possint; har. resp. 53.

oculi: tibi tameu oculi, voltus, verba cecidissent, cum te viri ... verbis gravissimis proterruissent; dom. 133.

perfugia, praesidia: ſ. auxilia.

res publica: ut (res publica) tamquam fortis in pugna vir ... honeste ‖homines, al.‖ cadere videatur; har. resp. 40. cum ... labentem et prope cadentem rem publicam fulcire cupcretis; Phil. II, 51.

sapientia: sed ego nou loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem; Cael. 76.

subsidia: ſ. auxilia.

suspicio: non .. cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio; Sulla 75. multi enim sunt, credo, in quos huius maleficii suspicio cadat; har. resp. 37.

verbum: in eum cadere hoc verbum maxime ... concedendum est; har. resp. 56. neque hoc cadere verbum in tantam virtutis praestantiam potest; Phil. X, 14. ſ. oculi.

vir: ſ. conlega. res publica; har. resp. 40.

virtus: si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset; Milo 81.

voltus: ſ. oculi.

**caducus,** hinfällig, verfallen, herrenlos: alqd: caduca semper et mobilia haec esse duxi, non virtutis ..., sed fortunae ... munera; dom. 146. diligi gloriosum est; metui vero et in odio esse invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum; Phil. I, 33. hanc (virtutem) retinete ...; alia omnia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia; ib. IV, 3.

hereditates: quam (celeritatem) nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum ... diceres; Phil. X, 11.

**caecitas,** Blindheit, Verblendung: 1. obest: au tibi luminis obesset caecitas plus quam libidinis? har. resp. 38.

II. conversus ad: quoniam ‖cum‖ ... istius ... poena omnis oculorum ad caecitatem mentis est conversa; dom. 105.

III. in: non mirum est, praesertim in furore animi et caecitate, multa illum et te fefellisse; dom. 129.

**caeco,** verblenden: alqm: non enim te arbitror ... argenti et supellectilis meae cupiditate esse caecatum; dom. 60.

mentis: neque eos in laude positos videmus, ... qui largitione caecarunt meutis imperitorum; Sest. 139.

**caecus,** blind, verblendet, dunkel, finſter, unklar: alqs: ita te caecum cupiditate et avaritia fuisse, ut ..; Quinct. 83. non tam perspicue nos istorum maleficia videremus, nisi ipsos caecos redderet cupiditas et avaritia et audacia; Sex. Rosc. 101. quem umquam audisti maiorum tuorum .... cum sacrificium Bonae deae fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem, qui caecus est factus; dom. 105. in quibus legibus inerat curiata illa lex, quae totum eius tribunatum continebat, quam caecus amentia non videbat; har. resp. 48. sed ego .. caecum me et praecipitem ferri confitear in causa, si ..; Planc. 6. ad quam causam etiam Appium illum et caecum et senem delatum esse memoriae proditum est; Phil. I, 11. quo loco ita fuit caecus, ut facile appareret vidisse eum, quod fas non fuisset; Fr. B. XIII, IV, 3.

alqd: cur hoc tam est obscurum atque caecum? leg. agr. II, 36.

avaritia: at quam caeca avaritia est! Phil. II, 97.

cupiditas: o falsam spem! o volucrem fortunam! o caecam cupiditatem! Sulla 91. quae te, praedo amentissime, nisi praedae ac rapinarum cupiditas tam caeca rapiebat? Piso 57.

domus: depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et fortunas tuas aestimasti; Scaur. 45.

exspectatio: nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere; leg. agr. II, 66.

Fortuna: quis hoc vestrum non videt, quod Fortuna ipsa, quae dicitur caeca, vidit? Phil. XIII, 10.

mater: at quae mater? quam caecam crudelitate et scelere ferri videtis; Cluent. 199.

nox: cum neque muta solitudo indicasset neque caeca nox ostendisset Milonem; Milo 50.

nubes, procellae: quae tum in illis rei publicae tenebris caecisque nubibus et procellis ... promulgasti; dom. 24.

tenebrae: an qui etesiis ‖quietis iis‖, qui per cursum rectum [regnum] tenere non potuerunt, nunc caecis ‖taetris‖ tenebris et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt? leg. agr. II, 44.

timor: partim cupiditate inconsiderata, partim caeco quodam timore .. salutis ... quaerebant aliquem ducem; Ligar. 3.

tribunus: ut ille caecus atque amens tribunus plebis nanciscerctur, quid dicam? consules? Sest. 17.

**caedes,** Mord, Ermordung, Gemetzel, Blutbad: 1. **Subject:** appropinquant: caedes atque incendia et legum interitum ... appropinquare dixerunt; Catil. III, 19.

coepit: cum caedes, cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria nefricare coeperat; Sulla 19.

consequitur: ex quo caedes esset vestrum omnium consecuta; Phil. XIV, 15.

debet: ſ. est; Sex. Rosc. 122.

delectat: quem discordiae, quem caedes civium, quem bellum civile delectat; Phil. XIII, 1.

est, sunt: quicquid maleficii, sceleris, caedis

erit, proprium id Rosciorum esse debebit; Sex. Rosc. 122. non vis, non caedes, non Capitolii atque arcis obsessio est, sed accusatio perniciosa; Rabir. 35. quem ad modum discessu meo ... caedes, incendia, rapinae, ... discordia fuisset, sic ..; dom. 17. infinitam caedem fore, si restitissem; Piso 78. — ante, in, inter: ut non modo clam, verum etiam hic in foro ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia caedes futurae sint; Sex. Rosc. 12. — clara: illa caedes Asuvii Larinatis ... quam clara tum recenti re fuit, quam omnium sermone celebrata? Cluent. 36. — iucunda: nullus ei ludus videtur esse iucundior quam cruor, quam caedes, quam ante oculos trucidatio civium; Phil. IV, 11. — propria: ſ. est; Sex. Rosc. 122.

impendet: impendebat fames, incendia, caedes, direptio; dom. 25.

pertinet: *ut infitiatoros* adversarios arbitrarer, tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam pertinere; Tull. 1.

refricat, versatur: ſ. coepit.

II. nach Verben: 1. Accuſativ: ago: igitur in Syria imperatore illo nihil aliud *neque gestum* neque actum est nisi ... decisiones, direptiones, latrocinia, caedes; prov. cons. 9. quem nihil aliud agere, nihil moliri nisi caedem civium atque interitum civitatis videret; Phil. III, 6.

approbo: ſ. facio; Sex. Rosc. 139.

celebro: ſ. 1. est clara.

cogito: nihil cogitant nisi caedem, nisi incendia, nisi rapinas; Catil. II, 10.

comparo: cum esset ita responsum, caedes, incendia, interitum rei publicae comparari, et ea per civis; Catil. III, 21.

confero: dixi ego idem in senatu caedem te optimatium contulisse in ante diem v Kalendas Novembris; Catil. I, 7.

creo: NE PER OPTIMATIUM DISCORDIAM DISSENSIONEMQUE PATRIBUS PRINCIPIBUSQUE CAEDES PERICULAQUE CREENTUR; har. resp. 40.

denuntio: ut ... me terrerent minis, mihi caedem et dimicationem denuntiarent; dom. 55. cum proscriptio, caedes, direptio denuntiaretur; Sest. 46.

depello: cum ... caedem a vobis, coniugibus, liberis vestris, vastitatem a templis ... depellebam; Flacc. 1. caedem a vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia rapinas meo dolore luctuque depuli; Sest. 49.

do: ea caedes, si potissimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit; Fr. B. II, 11.

efficio: Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat, magistratuum privatorumque caedis effecerat; Milo 87.

eructo: qui ... eructant sermonibus suis caedem bonorum atque urbis incendia; Catil. II, 10.

expeto: caedem illi civium, vos servitutem expetistis; Piso 15.

facio: cum interea caedes indignissimae maximaeque factae sint; Sex. Rosc. 11. postquam illi intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri neque sibi ullam caedis faciundae potestatem dari; ib. 28. si de illis caedibus velim commemorare, quae tum factae sunt ista eadem ratione, qua Sex. Roscius occisus est; ib. 94. quos constat, cum caedes facta est ‖sit‖, adfuisse; ib. 123. sin has caedis et rapinas et hos tantos ... sumptus aut facient aut approbabunt ..; ib. 139. cum multae familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse caedesque facere; Tull. 8. quod ergo eo animo factum est, ... ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent, id ..? ib. 25. quid censetis fore, si praetor iudicet eius modi caedes fieri iure posse? ib. 40. tu ipse iam statue, quam verum sit, cum paucas tegulas deicere impune familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude facere potuisse; ib. 53. tu vim negabis factam, si caedes et occisio facta non erit? Caecin. 41. hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit et caedem eius modi; Cluent. 179. *quid facerem*, si T. Labi*enus* caedem civium *fecisset*, ut L. Saturn*inus*? Rabir. 35. quae caedes per hosce annos sine illo facta est? Catil. II, 7. cum urbem ex omnibus partibus ... incendissent caedemque infinitam civium fecissent; ib. III, 8. quod Lentulo et aliis Saturnalibus caedem fieri atque urbem incendi placeret; ib. 10. litteras misit de vilico P. Septimii, hominis ornati, qui vilicus caedem fecerat; Flacc. 88. cum in campo consularibus comitiis ... caedem facere voluerunt; Sulla 51. qui Romae caedem facere, qui hanc urbem inflammare vellet; ib. 57. quem exturbare homines e possessionibus, caedem facere vicinorum (solitum esse scimus); ib. 71. illi inimicis interfectis, magna civium caede facta, reducti sunt; Quir. 10. quas iste tum caedes, quas lapidationes, quas fugas fecerit ... vidistis; dom. 67. armati homines forum et contionem tenebant; caedes lapidationesque fiebant; Sest. 34. caedem in foro maximam faciunt; ib. 76. magistratus (tu) templo deicias? caedem maximam facias? forum spurces ‖purges‖? ib. 78. ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam tamquam aliquem Thraecem conduceret; prov. cons. 9. armis ... fuit dimicandum, quibus a servis atque a servorum ducibus caedem fieri senatus et bonorum rei publicae exitiosum fuisset; Planc. 87. caedem, in qua P. Clodius occisus est, senatum indicasse contra rem publicam esse factam; Milo 12. cur igitur incendium curiae, ... caedem hanc ipsam contra rem publicam senatus factam esse decrevit? ib. 13. cum caedem in Appia factam esse constaret; ib. 14. tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus esset; ib. 15. qui iter illud ad caedem faciendam apparasset; ib. 28. Q. Fabricio ... pulso, crudelissima in foro caede facta; ib. 38. Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius; ib. 47. qui plurimis caedibus in foro factis singulari virtute et gloria civem domum vi et armis compulit; ib. 73. agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendae rei publicae, caedis faciendae bonorum ..; Phil. V, 6. totum iter Antoniorum quid habuit nisi depopulationes, vastationes, caedes, rapinas? quas non faciebat Hannibal, quia ..; ib. 25. cum Cn. Pisone socio ... caedem optimatum facere voluisti; Fr. B. VIII, 19.

fugio: cum alter eorum senatui paruisset, alter vim caedemque fugisset; sen. 38. me propter salutem meorum civium ... dimicationem caedemque fugisse; Sest. 45.

gero: ſ. ago; prov. cons. 9.

habeo: ſ. facio; Phil. V, 25.

instauro: scio me domi mansisse et tibi et gladiatoribus tuis instaurandae caedis potestatem non fecisse; dom. 6.

molior: L. Catilinam, caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem, egredi ex urbe iussi; Piso 5. ſ. ago; Phil. III, 6.

opto: qui impelluntur ut ... optent cotidie caedem, incendia, rapinas; dom. 89.

ostendo: caedes principum ostenditur; id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur; har. resp. 54.

portendo: cum principibus periculum caedemque portendunt, in tuto conlocant Clodium; har. resp. 53.

praedico: non necis sociorum, non caedis hospitum, non perfidiam, non immanitatem, non scelera praedico; Piso 38.

propono: cum alteris ... rei publicae salus proposita sit, alteris caedes bonorum, urbis Italiaeque partitio; Phil. XIII, 47.

relinquo: omitto iuris dictionem ..., caedis relinquo, libidines praetereo; prov. cons. 6.

video: caedem vero tantam, tantos acervos corporum exstructos ... quis umquam in foro vidit? Sest. 77.

2. **Genetiv:** damno: Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse caedis; Verr. I, 72.

obliviscor: muta iam istam mentem ..., obliviscere caedis atque incendiorum; Catil. I, 6.

3. **Dativ:** praepono: cum ... Cassius incendiis, Cethegus caedi praeponeretur; Sulla 53.

resisto: cum is excessisset, qui caedi et flammae vobis auctoribus restiterat; sen. 7.

resto: cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent, quantum infinitae caedi ‖*infinita e caede*‖ restitisset; Catil. III, 25.

4. **Ablativ:** libero: quod urbem incendiis, caede civis, Italiam bello liberassem; Catil. III, 15.

opus est: quid opus fuit vi? quid armatis hominibus? quid caede? quid sanguine? Tull. 55.

5. **mit Präpoſitionen:** abhorreo a: qui C. Caesarem, mitem hominem et a caede abhorrentem, saepe increpuit; Sest. 132.

accommodatus ad: num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad caedem accommodatus est? leg. agr. III, 16.

adripio ad: hanc istum otii et pacis hostem causam adreppturum fuisse ad incendia, caedem, rapinas; dom. 12.

ago de: cum de bonis et de caede agatur; Scx. Rosc. 103.

commemoro de: ſ. 1. facio; Sex. Rosc. 94.

comparo ad: eos non ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari; Tull. 18

confero me ad: ad cotidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo contulit; Sest. 88.

confugio ad: qui ab iure, officio, [bonis] moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit; Caecin. 93.

consisto ex: qui ex belli caede et fuga nunc primum audent contra M. Fonteium inermem consistere; Font. 14.

constituo ad: consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt; Catil. I, 16.

converto ad: cuius ludi violati, polluti, paene ad caedem et ad funus civitatis conversi sunt; har. resp. 24.

deduco ad: eosdem ad caedem civium de Apennino deduxisti; Fr. B. XV, II, 2.

deligo ad: si quinque hominum milibus ad vim, facinus caedemque delectis locus ... quaeritur; leg. agr. II, 77.

designo ad: notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum; Catil. I, 2.

effugio e: qui graviter saucius e caede effugerat; Tull. 22.

emo ad: gladiatores emptos esse Fausti simulatione ad caedem ac tumultum; Sulla 54.

eripio ex: ut vos populumque Romanum ex caede miserrima ... eriperem; Catil. IV, 2.

exco ad: si quidem exiturus ad caedem e villa non fuisset; Milo 48.

fero de: ſ. 1. facio; Milo 15.

immineo ad: homo ad caedem imminens meum nomen operis ediderat; dom. 14.

incito ad: cum ... homines ... ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur; Sest. 34. qui ... servitia ad caedem et *ad* inflammandam urbem incitavit; Cael. 78.

ineo de: cum consilia inirent de caede nostra; Phil. XIV, 15.

instituo ad: qui me ... vi, armis, dissensione hominum ad caedem instituta ... pulsum esse dixit; dom. 68.

intersum in: si quae familia ipsa in caede interesse noluisset; Tull. 27.

loquor de: quid loquar de caede civium Romanorum? Phil. XI, 6.

mitto ex: alter ex ipsa caede volucrem nuntium Ameriam ad socium ... suum misit; Sex. Rosc. 102.

noto ad: ſ. designo ad.

paro ad: cum servos tuos a te iam pridem ad bonorum caedem paratos ... in Capitolium tecum venisse constabat; dom. 6.

proficiscor ad: quam (aquilam) venerari ad caedem proficiscens solebas; Catil. I, 24.

rapio ad: inde se quo furore ... ad urbem, id est, ad caedem optimi cuiusque rapiebat! Phil. XIII, 18.

relinquo ex: qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat; Sex. Rosc. 13.

resto ad: qui ad urbis incendium, ad vestram omnium caedem ... Romae restiterunt; Catil. IV, 4. — ex: ſ. relinquo ex.

revoco ad: revocarem animos vestros ... ad illam universorum civium Romanorum per tot urbis uno puncto temporis miseram crudelemque caedem; Flacc. 60.

sum in: esse ‖si‖ vim non in caede solum, sed etiam in animo; Caecin. 76.

versor in: homo audax et saepe in caede versatus? Sex. Rosc. 39. non versatur ante oculos vobis in caede Glaucia? ib. 98. hominem a puericia ... in omni flagitio, stupro, caede versatum Sulla 70.

vivo ex, in: qui quaestionem fugitant, bona possident, in caede atque ex caede vivunt; Sex. Rosc. 78.

III. **nach Adjectiven:** 1. contentus: cum tu discessu ceterorum nostra tamen, qui remansissemus, caede te contentum esse dicebas; Catil. I, 7.

purus: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum caede servatum esset ‖est‖, id adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse; Verr. IV, 116.

2. idoneus ad: qui ... servos ad caedem idoneos emit; Sest. 95.

magnus a: rem maximam fuisse *et* summi periculi, non solum a fame, sed etiam a caede, incendiis, vastitate nemo negat; dom. 18.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** alqd: ſ. I. est; Sex. Rosc. 122.

causa: quo (puncto temporis) meus discessus isti causam caedis eripuit; dom. 115. qui ... caedis et incendiorum causam quaesierit ex funere; Phil. III, 30.

discriptio: tum discriptio ‖descriptio‖ totam per urbem caedis atque incendiorum constituta est; Sulla 52.

duces: quem tuis Sergiis ... ceterisque caedis et incendiorum ducibus obieceras; dom. 21.

fides: quam fidem? an optimi cuiusque caedis, urbis et Italiae partitionis? Phil. XIII, 42.

initium: si enim tum illi caedis a me initium quaerenti respondere voluissem ..; Phil. III, 33. quo die ... caedis initium fecisset a me; ib. V, 20.

insidiae: video ... quis sibi has urbanas insidias caedis atque incendiorum depoposcerit; Catil. II, 6.

metus: municipia vastitatis, omnis caedis metu esse permotos; sen. 33. postea quam respirare vos a metu caedis ... vidit; har. resp. 48. ecce ... terror iniectus Caesari de eius actis, metus caedis bonis omnibus; prov. cons. 43. urbe incendio et caedis metu liberata; Phil. I, 30.

periculum: an ... in praesenti metu mortis perspicuoque periculo caedis dubium vobis fuit inesse vis aliqua videretur necne? Caecin. 31. liberatus periculo caedis paucis post diebus senatus; Phil. I, 5.

repressor: video Milonem, ... repressorem caedis cotidianae, ... sordidatum et reum; Sest. 144.

spes: copias omnis Catilinae paene isdem ducibus ad spem caedis et incendiorum esse revocatas; sen. 33. veteres ad spem caedis Catilinae copias esse revocatas; Quir. 13.

suspicio: altera (pars me) timide defendere propter suspicionem caedis putabatur; sen. 33.

2. **mit Präpoſitionen**: consilia de: ſ. II, 5. inco de. — leges de: ſ. quaestiones de.

mors sine: si mors legati sine caede atque ferro nullum honorem desiderat; Phil. IX, 14.

periculum a: ſ. III, 2. magnus a.

quaestiones de: erant enim leges, erant quaestiones vel de caede vel de vi; Milo 13.

victrix in: cum subito manus illa Clodiana, in caede civium saepe iam victrix, exclamat; Sest. 79.

V. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: consterni: forum corporibus civium Romanorum constratum caede nocturna; Sest. 85.

cruentare: quae (Appia via) cruentata antea caeda ... innocentis viri silebatur, eadem ..; Milo 18. stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit; caede nefaria cruentavit; Fr. B. VIII, 7.

pervertere: senatum ipsum ... vi, caede incendiisque pervertit; har. resp. 58.

placari: qui etiam deos immortalis arbitrentur hominum caede ‖scelere‖ et sanguine facillime posse placari; Font. 31.

terrere: qui forum, qui templa omnia caede incendiisque terreret; har. resp. 6.

vastare: Catilinam orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus? Catil. I, 3.

2. **Präpoſitionen**: in: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra caede bacchantis; Catil. IV, 11. quod ... ne quis bonus interiret in eadem caede providit; Planc. 89. ſ. II, 1. facio; Milo 12. 15.

ob: mihi consuli supplicatio nullis armis sumptis non ob caedem hostium, sed ob conservationem civium ... decreta est; Phil. XIV, 24.

per: quantum manu ac viribus per caedem ac volnera aut eripere aut retinere potuissent; Sest. 91.

sine: quod factum eius modi est, ut ... sine vi, sine damno alterius, sine armis, sine caede ... fieri non potuerit; Tull. 32. sin autem vim sine caede, sine volneratione, sine sanguine nullam intellegetis ..; Caecin. 47. erepti enim estis ex crudelissimo ... interitu, erepti sine caede, sine sanguine; Catil. III, 23.

**caedo.** ſchlagen, peitſchen, behauen, niederſchlagen, fällen, tödten, ſchlachten, morden: 1. **abſolut**: 1. **ſubſtantiviſch**: finis: nulla res ei finem caedendi nisi defatigatio et satietas attulisset; Phil. V, 20.

2. **verbal**: alqs: cum L. Volteio, qui plurimum potest, caede, concide; Verr. III, 155. iam hoc caede, concide nonne vobis verba domo patroni depromere videtur? ib. vgl. II alqm; Verr. V, 142. Sest. 79.

II. **mit Object**: alqm: multos caesos non ad Trasumenum lacum, sed ad Servilium vidimus; Sex. Rosc. 89. cum eum, quem iste virgis ceciderat, in conspectum populi Romani produxisset; Verr. I, 122. „qui damnatus erit“, inquit „virgis ad necem caedetur“; ib. III, 69. cum damnatus eris, ... virgis te ad necem caedi necesse erit; ib. 70. scriptum esse ita: quod is virgis neminem cecidisset; ib. IV, 144. virgis quam multos ceciderit quid ego commemorem? ib. V, 140. haec cum maxime loqueretur, sex lictores circumsistunt ...; caedunt acerrime virgis; ib. 142. caesus est virgis Cymaeus ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus; Flacc. 17. quem cum iacentem ... viderent, defetigatione magis et errore quam misericordia et modo aliquando caedere desiterunt; Sest. 79. qui cum ... interrogaretur quid de Ti. Gracchi morte sentiret, responderit iure caesum videri; Milo 8. ille dies, quo ‖in quo‖ Ti. Gracchus est caesus, aut ille, quo Gaius; ib. 14. si vero tum fuit aedilis, cum eum iussu Antonii in convivio servi publici loris ceciderunt; Phil. VIII, 24. et Sp. Antio et C. Fulcinio, qui a Veientium rege caesi sunt, non sanguis ..., sed ipsa mors ... honori fuit; ib. IX, 5. Cotyla Varius, quem ‖que, al.‖ Antonius deliciarum causa loris in convivio caedi iubebat a servis publicis ‖a suis publice, al.‖; ib. XIII, 26. *ut* cum plurimos caederent, cadcrent non nulli ‖cadere non nullos, al.‖; ib. XIV, 38.

aedilem: ſ. alqm; Phil. VIII, 24.

amicum: omnes id fore putabant, ut miser atque innocens virgis caederetur: fefellit hic homines opinio. virgis iste caederet sine causa socium populi Romani atque amicum? Verr. IV, 86.

auctorem: quid ego de proximo dicam, cuius acta defendimus, auctorem ipsum iure caesum fatemur? Phil. XIII, 2.

civem: caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus; Verr. V, 162. ut civis Romanus in provincia populi Romani ... deligatus in foro virgis caederetur; ib. 163.

consules: lapidibus duo consules cederunt; Fr. B. XV, 11, 3.

exercitum: ut ex litteris ... sceleratissimorum hostium exercitum caesum fusumque cognovi; Phil. XIV, 1.

greges: fundit apothecas, caedit greges armentorum reliquique pecoris, quodcumque nactus est; Phil. III, 31.

hominem: accedit ad hominem Timarchides: a securi negat esse ei periculum; virgis ne caederetur monet ut caveat; Verr. V, 116.

hostias: neque (deorum mentis) ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari; Cluent. 194.

ianuam: omnes ad eam domum ... profecti sunt; caedere ianuam saxis, instare ferro ... coeperunt; Verr. I, 69.

impios: illi igitur impii, quos cecidistis, etiam ad inferos poenas parricidii luent; Phil. XIV, 32.

innocentem: ſ. amicum.

lapidem: lapis aliqnis caedendus et apportandus fuit? Verr. I, 147.

legiones: ea (tropaea) ... noster hic praepositus imperator amissorum oppidorum, caesarum legionum ... indicia constituit; Piso 92. tot legionibus caesis, tanta multitudine hostium interfecta; Phil. XIV, 12.

lucos: quas (aras) ille praeceps amentia caesis prostratisque sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppresserat; Milo 85.

miserum: ſ. amicum.

populum: caedi vidistis populum Romanum, contionem gladiis disturbari; Milo 91.

servos: illi ... gladiis eductis ... caedere incipiunt eius servos, qui post erant; Milo 29.

socium: ſ. amicum.

**caelator,** Ciſeleur, Bildſtecher: 1. convoco, habeo: palam artifices omnis, caelatores ac vascularios, convocari iubet, et ipse suos compluris habebat; Verr. IV, 54.

2. ostendo: ait (vasa ea) se suis caelatoribus velle ostendere; Verr. IV, 63.

**caelestis,** himmliſch, vom Himmel: I. **bei Subſtantiven**: clamor: quam legem .. se augur dicit tulisse non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente; Phil. V, 8.

di: postiliones ‖postulationes‖ esse Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri, dis caelestibus; har. resp. 20.

legio: illas caelestis divinasque legiones, Martiam et quartam, comprobastis ‖comprobatis‖; Phil. V, 28. ipsa illa Martia, caelestis et divina legio, hoc nuntio languescet; ib. XII, 8.

spiritus: eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur et certam in sedem civitatis ... ascribimur; har. resp. 57.

II. **allein:** voluntas: quid est quod de voluntate caelestium dubitare possimus? Phil. IV, 10.

**caelo,** mit Bildwerk verzieren: alqd: qui cum in convivium venisset, si quicquam caelati aspexerat, manus abstinere .. non poterat; Verr. IV, 48.

argentum: ſ. **argentum,** II, 1. caelo (9 Stellen) S. 284, b.

aurum: neque me divitiae movent ... neque vestis aut caelatum aurum et argentum; Fr. B. VII, 8.

galeas, loricas: in hoc fano loricas galeasque aëneas, caelatas opere Corinthio ... Scipio ... posuerat; Verr. IV, 97.

vasa: dicere praetorem in provincia homini honesto ... „vende mihi vasa caelata"; Verr. IV, 45.

**caelum,** Himmel, Himmelsſtrich, Klima, freie Luft: 1. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adimo: cui repente caelum, solem, aquam terramque ademerint; Sex. Rosc. 71.

contestor: cum ego te, Flacce, caelum noctemque contestans, flens flentem obtestabar; Flacc. 102.

praetermitto: caelum et mare praetermisit, cetera complexus est; leg. agr. III, 7.

rego: Iuppiter Optimus Maximus, cuius nutu et arbitrio caelum, terra mariaque reguntur; Sex. Rosc. 131.

testor: spectarem curiam, intuerer forum, caelum denique testarer ipsum; Deiot. 6.

2. **Ablativ:** careo: quem non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu censoriae leges atque urbis domicilio carere voluerunt; Rabir. 15.

3. **mit Präpoſitionen:** ascendo in: quibus (decretis) tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse; dom. 75. hanc (gloriam) denique esse cuius gradibus etiam in caelum homines viderentur ascendere; Milo 97.

delabor de: itaque omnes ... Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de caelo delapsum intuentur; imp. Pomp. 41. illud ‖id‖ signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur; Phil. XI, 24. — e: ut deus aliqui delapsus e caelo coetus hominum adeat; har. resp. 62.

detraho de: coulegam quidem de caelo detraxisti effecistique ..., ut dissimilis esset sui; Phil. II, 107.

duco de: ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant; Sex. Rosc. 72.

effero ad: cum alii laudibus ad caelum res tuas gestas efferent, alii fortasse aliquid requirent; Marcell. 29. — in: quae tum, cum agebantur, ... uno orbis terrae testimonio in caelum laudibus efferebantur; Flacc. 103.

extruo ad: cur ille gurges ... ad caelum .. exstruit villam in Tusculano visceribus acrarii? dom. 124.

extollo in: nisi eos in caelum suis laudibus praeclarus auctor extolleret; har. resp. 47.

fero ad: iuvat me haec praeclara nomina artificum, quae isti ad caelum ferunt, Verris aestimatione sic concidisse; Verr. IV, 12. — in: Caesar fertur in caelum, qui contra te exercitum comparavit; Phil. IV, 6.

labor de: ut homines ... videre se ... effigiem Cereris non humana manu factam, sed de caelo lapsam arbitrarentur; Verr. V, 187.

percutio de: Cotta et Torquato consulibus compluris in Capitolio res de caelo esse percussas; Catil. III, 19.

servo de: negant fas esse agi cum populo, cum de caelo servatum sit. quo die de te lex curiata lata esse dicatur, audes negare de caelo esse servatum? adest praesens ... M. Bibulus: hunc consulem illo ipso die contendo servasse de caelo; dom. 39. augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse; ib. 40. quaerebat ex eo (M. Bibulo) C. Caesare leges ferente de caelo semperne servasset? semper se ille servasse dicebat; har. resp. 48. si obnuntiasset [Fabricio] is *praetor* qui se servasse de caelo dixerat, accepisset res publica plagam; Sest. 78. quod est postridie decretum in curia populi ... admonitu, ne quis de caelo servaret, ne quis moram ullam adferret; ib. 129. num quando tibi moram attulerit quo minus concilium advocares legemque ferres, quod eo die scires de caelo esse servatum? Vatin. 15. num quem post urbem conditam scias tribunum plebis egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de caelo? ib. 17. nam si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de caelo servarat, oblitiue erant tum, cum ille qui id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de caelo esse servatum? prov. cons. 45. cum lex feratur, de caelo servari, obnuntiari, intercedi licere; ib. 46. quisquamne divinare potest quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de caelo servare constituit? Phil. II, 81. quid audieras? neque enim te de caelo servasse dixisti nec hodie dicis; ib. 83.

suspicio in: quis est tam vaecors qui .. cum suspexit in caelum, deos esse non sentiat? har. resp. 19.

tollo in: in caelum huius proavus Cato tollitur; Arch. 22. tunc vel in caelum vos, si fieri potuerit, umeris nostris tollemus; Phil. XI, 24.

II. **nach Subſtantiven:** ardor: visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque caeli; Catil. III, 18.

motus: quem ... neque sol ille nec caeli signorumque motus nec vicissitudines rerum ... movent; Milo 83.

natura: cuius (urbis) hic situs atque haec natura esse loci caelique dicitur, ut ..; Verr. V, 26.

partes: qui populi Romani imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit; Fr. B. XV, 1, 2.

ratio: novus astrologus, qui non tam caeli rationem quam caelati argenti duceret; Verr. II, 129.

regiones: quorum alter finis vestri imperii non terrae, sed caeli regionibus terminaret; Catil. III, 26.

signum: ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur; Muren. 36.

spiritus: potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias ..? Catil. I, 15.

III. **Umſtand: Ablativ:** calamitosus: hoc agri Campani vectigal ... nec bellis infestum nec fructibus varium nec caelo ac loco calamitosum esse solet; leg. agr. II, 81.

capi: cum illi eam gloriam consecuti sint, quae vix caelo capi posse videatur; Phil. II, 114.

**caementum,** Bauſtein: I. conveho: qui ... repente lautribus in eam insulam materiem, calcem, caementa, arma convexit; Milo 74.

II. explere: neque porro illa manus copiaeque Catilinae caementis ac testis tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt; dom. 61.

**caenum,** Schmutz, Unflath: I. **abſolut:** 1. repudiat: qua tum superbia caenum illud ac labes amplissimi ordinis preces ... repudiavit! Sest. 26.

2. o caenum, o portentum, o scelus! hanc tibi legem Clodius scripsit ..., ut ..? dom. 47. meministine, caenum, cum ad te quinta fere hora ... venissem, nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, solcatum? Piso 13.

II. **nach Verben;** 1. oppono: „habeo quem opponam labi ‖labei‖ illi atque caeno"; Sest. 20.

2. emergo ex: ut ... id unus tu emersus e caeno ... iuridendum putares; Vatin. 17.

III. **nach Substantiven:** 1. impuritas, os: illud os, illam impuritatem caeni fuisse, ut hos iudices legere auderet! Phil. V, 16.

2. tyrannus ex: fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus ex caeno nescio qui atque ex tenebris tyrannus? Vatin. 23.

IV. **Umstand:** inquinare: idem casus illum ... istius impurissimae atque intemperantissimae pecudis caeno et sordibus inquinavit; Piso 72.

oblini: nolo eos iudices ... sic in hac urbe ... ambulare, ut non cera, sed caeno obliti esse videantur; Verr. V, 173.

**caerimonia,** Heiligkeit, Feierlichkeit, Feier, Religionsgebrauch: I. **Subject:** postulant: (eum) non eis ‖bis‖ institutis ac verbis, quibus caerimoniae postulant, dedicasse; dom. 138.

sinunt: religiones vero caerimoniaeque omnium sacrorum fanorumque violatae ... consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt; Verr. I, 7.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** accipio: ſ. polluo; har. resp. 29. — aspergo: ſ. polluo; Sex. Rosc. 113.

colo: qui (maiores) sacra, qui caerimonias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis, suis posteris, prodiderunt; Milo 83.

contineo: hic sacra, religiones, caerimoniae continentur; dom. 109. qui (maiores nostri) statas sollemnisque caerimonias pontificatu ... contineri putaverunt; har. resp. 18.

instituo, persequor: si iste ... neque institutas caerimonias persequi neque verbum ullum sollemne potuit effari; dom. 141.

polluo: qui ... perfidia legationis ipsius caerimoniam polluerit macnlaque asperserit ‖adfecerit‖; Sex. Rosc. 113. qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro caerimonias polluit; dom. 105. quod caerimonias ab omni vetustate acceptas a Brogitaro pollui non sinit; har. resp. 29.

prodo: ſ. colo.

requiro: aliae caerimoniae nobis erunt, alii antistites deorum immortalium ... requirendi; dom. 2.

sisto: ſ. contineo; har. resp. 18.

violo: cuius de morte tamquam de caerimoniis violatis quaeritur; Milo 59. ſ. I. sinunt.

2. **Dativ:** praesum: L. Flaccum, hominem ... in sacerdotio caerimoniisque, quibus praeerat, diligentissimum ... condemnabimus? Rabir. 27.

3. **mit Präpositionen:** accommodo ad: ius publicum iudicandi ‖dedicandi‖, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas caerimonias, sed etiam ad populi iussa accommodaverunt; dom. 136.

contionor de: de religionibus sacris et caerimoniis est contionatus ... Clodius; har. resp. 8.

doceo de: quid est ... tam adrogans quam de religione, de rebus divinis, caerimoniis, sacris pontificum conlegium docere conari? dom. 33.

iudico de: reperietis frequentiores pontifices de mea domo quam umquam de caerimoniis virginum iudicasse; har. resp. 13.

loquor de: nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, caerimoniis; dom. 121.

obicio pro: si in illo paene fato rei publicae obieci meum caput pro vestris caerimoniis atque templis perditissimorum civium furori; dom. 145.

statuo de: de deorum penatium Vestaeque matris caerimoniis ... quod tres pontifices statuissent, id ..; har. resp. 12.

III. **nach Adjectiv:** diligens in: ſ. II, 2.

IV. **nach Substantiven:** antistites: vos, qui estis antistites caerimoniarum et sacrorum; dom. 104.

ius: quasi ... alio modo sit constituturus .. de religione pontifex ... quam eum .. caerimoniarum ius ... coëgerit; dom. 31.

V. **Umstand:** 1. **Ablativ:** confici: sacra Cereris .. summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt; Balb. 55.

contineri: Ceres et Libera, quarum sacra ... longe maximis atque occultissimis caerimoniis continentur; Verr. V, 187.

fieri: quod quidem sacrificium ... fit incredibili caerimonia; har. resp. 37.

2. **Präpositionen:** cum: mihi ludos sanctissimos maxima cum cura et caerimonia Cereri, Libero Liberaeque (esse) faciundos; Verr. V, 36. omnia sollemnia ac iusta ludorum ... summa cum caerimonia esse servata; har. resp. 21.

per: Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione adsecutus est; leg. agr. II, 19.

(pro: vgl. II, 3. obicio pro).

in: ita quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit; Quinct. 4. tu id semper facis, quia semper potes; ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor posse facere; ib. 35. et in hac eius modi causa P. Quinctius laborabit; ib. 59. at si in causa pari discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum; nunc in causa superiore ne ut par quidem sit postulat, inferiorem esse *se* patitur; ib. in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere; ib. 84. omnes hi, quos videtis adesse, in hac causa iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi; Sex. Rosc. 1. si verbum de re publica fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est; ib. 2. ut ... in causa Sex. Roscii periculum, quod in omnis intenditur, propulsetis; ib. 7. nisi in hac causa qui vester animus sit ostenderitis ‖ostendetis, al.‖; ib. 12. quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima; ib. 42. tibi, quod in alia causa non concederem, in hac concedam fretus huius innocentia; ib. 73. si quid est quod ad testis reservet, ibi quoque nos, ut in ipsa causa, paratiores reperiet quam putabat; ib. 82. in hac enim causa cum viderent illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse, illud quidem non quaererent ..; ib. 86. in hac causa coniectura nihil opus est; ib. 107. quotienscumque in causa in nomen huius incidisti; Qu. Rosc. 18. in hac causa profecto neminem praeponendum mihi esse actorem putabit; div. Caec. 1. in hac causa .. tametsi utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam; ib. 11. tamen his invitissimis te offeres? tamen in aliena causa loquere? ib. 21. si in hac causa nostrum officium ac diligentiam probaverimus; ib. 72. si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem; Verr. a. pr. 33. nisi ista tua intolerabilis potentia et ea cupiditas, qua ... usus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur; ib. 35. ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur; ib. 37. mihi certum est non committere, ut in hac causa praetor nobis consiliumque mutetur; ib. 53. sine dubio .. in hac causa ea res in discrimen adducitur; ib. I, 6. nihil est iam quod in hac causa peccare quisquam, iudices, nisi vestro periculo possit; ib. 15. quod facile homini ingenioso fuit in causa acquissima, multa quae quemvis commovere possent dixit; ib. 126. a quo (praetore) M. Marcelli tutoris in causa pupilli Iunii et oratio et voluntas et auctoritas repudiata est; ib. 153. quamquam in hac causa multo pluris partis mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor; ib. II, 10. quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt aequitatem secuti, vos id statuere in gravissima causa ... dubitabitis? ib. 109. omnes denique hoc in hac causa intellegent, hoc animo esse Siculos, ut ..; ib. 157. in hoc homine atque in eius modi causa quid facerent omnes Crassi et Antonii? ib. 192. et in hac causa scribarum ordinem in me concitabit Hortensius? ib. III, 182. in causa tanta cum in crimine maximo dici a defensore coeptum est factitatum esse aliquid; ib. 209. tu aliter decernere eadem in causa non potuisti; ib. V, 56. si in hoc reo atque in hac causa omnia mea consilia ad salutem sociorum .. spectaverunt; ib. 188. haec est illorum in causa perdita extrema non oratio neque defensio, sed coniectura et quasi divinatio; Tull. 55. plus ego in hac causa laboris et operae consumo in poscendis testibus quam ceteri defensores in refutandis; Font. 11. quem ex tanto hominum numero testem in hac causa producere potestis? ib. 16. si M. Fonteium .. in causa deficerent omnia; ib. 34. ille igitur ipse homo sanctissimus ... multa audivit in sua causa, quae ..; ib. 38. non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda cessit audaciae; Caecin. 1. ut in hac causa non de improbitate Sex. Aebutii, sed de iure civili iudicium fieri videretur; ib. 4. in eas ipsas res, quas im-

probissime fecit, testimonia sumpsit et eis in causa testimoniis utitur; ib. 23. in eadem causa eodem interdicto te oportere restitui, Caecinam non oportere; ib. 38. dici in hac causa potest, ubi arma fuerint . . ., ibi vim non fuisse? ib. 41. verum in his causis non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa . .; ib. 63. quod ego tametsi non nunc primum neque in hac causa solum audio, tamen . .; ib. 65. in ista vero causa, cum tu sis is, qui te verbo litteraque defendas, cum tuae sint hae partes . . . in ista defensione accusas eos, qui . .? ib. 66. ne pretio quidem corrumpi iudex in eius modi causa potest; ib. 72. in hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non obtinemus . .; ib. 75. qui . . . adesse nobis frequenter in hac causa solet. . . . C. Aquilius; ib. 77. id feci, non quo vos hanc in hac causa defensionem desiderare arbitrarer, sed ut . .; ib. 101. ut id non minus in hac causa laborarit ne . .; ib. 103. quae res est quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? imp. Pomp. 27. sed in hac causa, tametsi cognoscetis auctoritates contrarias virorum tortissimorum . . ., tamen omissis auctoritatibus ipsa re ac ratione exquirere possumus veritatem; ib. 51. quicquid in hac causa mihi susceptum est; ib. 71. faciam . . ut intellegatis in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error adfinxerit, quid invidia conflarit; Cluent. 9. mater enim a me in omni causa . . . appellabitur; ib. 12. his rebus in causa iudicioque patefactis; ib. 25. ac tum in Oppianici causa crimen hoc Asuvianum . . . comprobabatur; ib. 39. si multa in eius modi causa dixissem; ib. 51. illi aetati . . . solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem; ib. cum illa defensione usus essem, quae in libertinorum causis honestissima semper existimata est; ib. 52. itaque tum illa inopia et necessitate coactus in causa eius modi ad Cacpasios fratres confugit; ib. 57. Cominii cum hoc agerent, quod nos in tota causa egimus, probaverunt; ib. 102. cum ille verbum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit; ib. 167. quae (oratio) eius modi *in* causa insimulare quemquam audeat rationes Sullae nimium vehementer defendere; leg. agr. III, 10. agitur enim nihil aliud in hac causa . . nisi ut ‖ quam ut, ut ‖ nullum sit posthac in re publica publicum consilium; Rabir. 4. quod in hac causa vehementior sum; Catil. IV, 11. in hac causa non solum de L. Murenae, verum etiam de vestra salute sententiam feretis; Muren. 84. cum in causa liberali eum, qui adserebatur, cognatum suum esse diceret; Flacc. 40. an in vestris vestrorumque causis severitas odio est, eandem laudatis, cum de nobis iudicatur ‖ iudicatis ‖? ib. 88. non iudicatis in hac causa de exteris nationibus, non de sociis: de vobis et de vestra re publica iudicatis; ib. 99. meum . . gravius esse iudicium, qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur; Sulla 3. quia in ceteris causis etiam nocentis viri boni, si necessarii sunt, deserendos esse non putant; ib. 6. quid est quod mirere, si cum isdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intellegis atfuisse? ib. 7. iam enim faciam, criminibus omnibus fere dissolutis, contra atque in ceteris causis fieri solet, ut nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam; ib. 69. nihil enim est quod in hac causa dici possit vehementius; ib. 76. nullum in hac causa testem timemus; ib. 79. dico illud quod iu his causis coniurationis non auctoritati adsumam, sed pudori meo; ib. 85. quaeso a vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam . . ., ut . .; Arch. 3. qui me . . . non modo descruerunt in causa praesertim publica et consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt; sen. 10. quod tu ipse potuisti in tua causa discere; dom. 77. si vos me in meis aedibus conlocatis, id quod in omni mea causa semper studiis, consiliis, auctoritatibus sententiisque fecistis; ib. 100. videte igitur, pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis; ib. 119. quam (rem publicam) antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis ‖ soli ‖ vestris cervicibus sustinetis; ib. 142. cui (senatui) vosmet ipsi praestantissime ‖ praestantissimi ‖ semper in mea causa praefuistis; ib. a me in hac causa atque hoc extremo dicendi loco pietatis potius quam defensionis . . . partis esse susceptas; Sest. 3. si ego in causa tam bona . . . cessi tribuni plebis . . . furori; ib. 36. cuius (L. Ninnii) in mea causa numquam fides virtusque contremuit; ib. 68. qui . . . esset occisus sanctissimo in tempio, sanctissima in causa; ib. 83. quae (tum) declaratio voluntatis (fuerit) ab universo populo Romano in causa hominis non popularis equidem audiebam; ib. 122. in una mea causa post Romam conditam factum est, ut litteris consularibus . . . omnes . . . convocarentur; ib. 128. et cohortari ausus est accusator in hac causa vos, iudices, ut aliquando essetis severi; ib. 135. res est omnis in hac causa nobis . . cum Clodia; Cael. 31. sed quid est quod in hac causa maxime homines admirentur et reprehendant meum consilium? prov. cons. 26. cognoscite nunc populi Romani iudicium . . . in maximis causis re ipsa atque usu comprobatum; Balb. 53. intellego . . in causa aperta minimeque dubia multo . . plura . . . esse dicta quam res postularet; ib. 56. vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompei iudicaturos; ib. 65. equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quam in ceteris, etiam hanc molestiam adsumo, quod . .; Planc. 3. multo illud magis (molestum est), quod in ea causa contra dicendum est, in qua quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; ib. 5. sed ego . . caecum me et praecipitem ferri confitear in causa, si . .; ib. 6. illud vero crimen de nummis . . . caluit re recenti. nunc in causa refrixit; ib. 55. in causa dispari offendi te a me doleo; ib. 79. nam profecto, praesertim tam bona in causa, numquam, quo ceteri saepe abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset; ib. 87. quae quidem (fides) cum saepe ante tum in hac ipsa causa nuper est cognita; Rab. Post. 13. quamquam in hac causa . . T. Annii tribunatu rebusque omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis defensionem non abutemur; Milo 6. mihi videlicet in causa aut mala aut mea, non et praeclarissima et vestra, iudicium timendum fuit; ib. 36. ut etiam ille melior sit, qui in acie cecidit, qui in causa animum profudit; Marcell. 31. atque in hac causa non mihi equidem. Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero; Ligar. 10. cum in omnibus causis gravioribus . . . initio dicendi commoveri soleam vehementius, quam videtur . . . aetas mea postulare, tum in hac causa ita me multa perturbant, ut . .; Deiot. 1. quam nemini in illa causa studio et cupiditate concedere (solebat)! ib. 28. antea cum hostem ac bellum nominassem, semel et saepius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt: quod in hac causa iam fieri non potest; Phil. XIV, 22. cuius tu praesidium ‖ consilium ‖ in tua turpissima causa delegisti, hunc honestissimarum rerum defensorem populus Romanus auctore te repudiare potest? Fr. B. VIII, 6. ĭ. 1, 1. debet; Sest. 109. est; dom. 10. est grata; Milo 102. reliqua. — II, 4. defendo; Cluent. 143. explico; Planc. 5. habeo; Phil. VII, 6. invenio; Catil. IV, 14. offero. probo; dom. 57. renovo. suscipio; Sex. Rosc. 30. — 5. confero ad. sum in; Sulla 31. prov. cons. 29. venio ad; Planc. 36. (vgl. II, 5, habeo in. perspicio in, propono in. sum in. teneo in. versor in. video in).

ob: „patri“ inquit „non placebat.“ quam ob causam? Sex. Rosc. 40. exheredare filium voluit.“ „quam ob causam?“ „nescio“; ib. 54. ratio ab accusatore reddita non est quam ob causam patrem

filius occiderit; ib. 61. si nihil in ista pugna Roscii quod operae pretium esset fecerant, quam ob causam a Chrysogono tantis praemiis donabantur? ib. 108. quaero abs te quam ob causam recusaris; ib. 120. ego si superior ceteris rebus esses, hanc unam ob causam te [accusatorem] repudiari putarem oportere; div. Caec. 61. non ut ob eam ipsam causam postulandum sit ut tibi potissimum accusatio detur; ib. 62. neque enim ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit; Verr. a. pr. 44. ita HS deciens Q. Dionem, quod hereditas ei venisset, nullam aliam ob causam perdidisse; ib. II, 20. omnis illa mea festinatio fuit ... ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego ad diem non adiuissem; ib. 99. iam videtis quam ob causam Sicilia ... hoc non potuerit novum ... genus iuiuriarum ... perferre? ib. III, 64. quam ob causam hominem reservasti? ib. V, 67. cum mercaturas facerent aut aliquam ob causam navigarent; ib. 72. piratam vivum tenuisti. quem ad finem? dum cum imperio fuisti. quam ob causam? quo exemplo? ib. 75. etiam ob hanc causam pecunia lictori ||pecunia|| dabatur; ib. 118. plagis confectum dico ... civem Romanum ante oculos tuos concidisse. at quam ob causam, di immortales! ib. 141. quae ista nova diligentia, quam ob causam abs te excogitata? ib. 156. quo consilio? ut occiderent. quam ob causam? quid ut proficerent? Tull. 55. (istae tabulae) ob unam causam et in uno genere sunt institutae; Font. 2. quae (civitas) non solum ob eam causam laborat, ut huic ... parem gratiam referre videatur, sed etiam, quod ..; ib. 45. hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? quam ob causam? Cluent. 92. nunc omnes urbes, quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem xviros occupabuntur; hanc enim ob causam permitit ipsa lex IN OMNIA QUAE VELINT OFFIDA COLONOS UT XVIRI DEDUCANT QUOS VELINT; leg. agr. I, 20. hic quaero quam ob causam initium legum ac rerum ||rerum ac legum|| suarum hinc deduxerit, ut populus Romanus suffragio privaretur; ib. II, 17. ac profectus est non modo ob causam, sed etiam ob necessariam causam, magna ratione cum Mauritaniae rege contracta; Sulla 56. qui ... renovaturum te tua *cum* illis funesta latrocinia ob anuonae causam putavisti; dom. 10. num ... ob eam causam adoptari (velles), non ut eius filius esses, sed ut tribuuus plebis fieres; ib. 35. Sp. Cassii domus ob eandem causam *est* eversa; ib. 101. cum aedium cupiditate flagraret ob eamque causam unam [una] iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset; ib. 107. qui illum Pompeio inimicum esse gaudebant ob eamque causam in tot tantisque scelcribus conivebant ||contuebant||; har. resp. 52. qui tum, quamquam ob alias causas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus tacendo loqui ... videbantur; Sest. 40. cum ... ob hasce causas tot tamque varias me unum deposcerent; ib. 46. qui ... periculo rei publicae vivebam, quique ob eam causam consularibus litteris ... exteris nationibus commendabar; ib. 50. adiit tum periculum, sed adiit ob eam causam, quae quanta fuerit iam mihi dicere non est necesse; ib. 62. qui ... ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet; ib. 111. si ob *eam* causam peccaret [et] pro recenti populi Romani in se beneficio populari studio elatus, tamen ignosceret nemo; ib. 134. est enim reus utercque ob eandem causam et eodem crimine; Vatin. 41. omne illud silentium, quod est orationi tributum tuae, fuit ob eam causam, quod uuo reo proposito de multorum vitiis cogitabamus; Cael. 29. „ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit, ut in amore ... adulescentiam suam conlocaret?“ ib. 39. credibile est igitur tantum facinus ob nullam causam esse commissum? ib. 56. donatus est igitur ob eas causas a Cn. Pompeio civitate; Balb. 6. si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem ... texisset; Planc. 1. qui cum missi sint ob aliam causam, tamen ... huic adsident; ib. 28. qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi ... ab eo (populo Romano) facilius ob eam causam dignitatem quam volunt consequantur; 55. ob illam *causam*, quod illud voluntarium volnus accepit, iustissimos omnium Metellorum ... triumphos ... superavit; ib. 89. quae quidem suspicio valuit etiam plus ob hanc causam, quod. cum agerent parentalia Norenses ..., tum illa est a liberta suspendisse se dicta; Scaur. 11. cum in his iudiciis ne locus quidem novo testi soleat esse ob eamque causam idem iudices retineantur, qui fuerint de reo: Rab. Post. 36. opera mea Pompeium a Caesaris amicitia esse diiunctum ob eamque causam culpa mea bellum civile esse natum; Phil. II, 23. quem ego .. fecisse illam sum admiratus ... ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset; ib. 27. quam ob causam iustam atque magnam ... senatus consultum his verbis censeo perscribendum; ib. V, 40. ob eas causas senatui placere, C. Caesarem ..; ib. 46. ob eam causam placere, uti ..; ib. 52. cum C. Caesari meritos illi quidem honores ... decrevistis, unam ob causam, quod contra M. Antonium exercitum comparavisset; ib. VII, 10. hunc in eum ordinem recipi, a quo totiens ob has ipsas causas hostis iudicatus sit; ib. VII, 15. nostra civitas (servitutem ferre) non potest, nec ullam aliam ob causam, nisi quod ... nos ita a maioribus instituti ... sumus, ut ..; ib. X, 20. qui ob eam causam natus videtur, ne omniam mortalium turpissimus esset M. Antonius; ib. 22.

per: neque quo Cn. Pompei gratiam mihi per hanc causam conciliari putem; imp. Pomp. 70. cum tu ... in bona fortunasque locupletium per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares; dom. 13.

pro: sed tamen te a me pro magnis causis nostrae necessitudinis monendum esse etiam atque etiam puto; Sulla 23.

propter: qui (magistratus) diligentissime mandatur a populo propter hanc causam, quod [...] in censu habendo potestas omnis aestimationis [habendae] ... censori permittitur; Verr. II, 131. meae diligentiae pensum magis in Leontino agro est exigendum propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane multum me adiuverunt; ib. III, 109. ut, quaecumque accidant publice privatimque incommoda, propter eam causam sceleris istius evenire videantur; ib. IV, 113. propter hanc causam cum instituisset alios alio tempore producere, tamen ..; ib. V, 71. non possunt omnes esse patricii ...; nec se aequales tui propter istam causam abs te anteiri putant; Sulla 23. quod si ille ... Gabinium et Pisonem ... cum propter alias causas tum maxime propter illud insigne scelus eorum ... esse notandos putavit ..; prov. cons. 2. praetor ille, eiusdem tribuni plebis contionibus propter eandem rei publicae causam saepe vexatus; Planc. 96. ||. II, 1. dico; Verr. III, 110.

sine: ne quid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur; Quinct. 66. nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maximis causis, sic hoc veri simile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis et magnis et necessariis; Sex. Rosc. 40. pater igitur amens qui odisset eum sine causa, quem procrearat: ib. 41. agitur de parricidio, quod sine multis causis suscipi non potest; apud homines autem prudentissimos agitur, qui intellegunt neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere; ib. 73. quos (quadruplatores) non sine causa contempsit semper ac pro nihilo putavit; div. Caec. 24. non sine causa se cupidum pecuniae fuisse; Verr. a. pr. 8. non nulli suspicati sunt non sine causa illius consilium tam repente esse

mutatum; ib. I, 23. quos iste adnuerat, in suum consilium sine causa subsortiebatur; ib. 158. ne forte hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse; ib. IV, 54. virgis iste caederet sine causa socium populi Romani atque amicum? ib. 86. nunc ad Marcellum revertar, ne haec a me sine causa commemorata esse videantur; ib. 120. „profecto homo dives repente a Verre non sine causa citatur“; ib. V, 16. cur hunc eundem Apollonium Verres idem repente, nulla re nova adlata ..., sine causa de carcere emitti iusserit; ib. 22. nisi vero existimatis hominem pecuniosissimum sine causa quaestus electum ad tam incredibile crimen aut sine eadem causa repente e carcere emissum; ib. 24. etiam navium praefectos sine ulla causa de complexu parentum suorum ... ad mortem cruciatumque rapuisti; ib. 138. cognoscite, Quirites; non enim hoc sine causa quaeri videtur; imp. Pomp. 22. nunc intellegunt non sine causa maiores suos tum ... servire populo Romano quam imperare aliis maluisse; ib. 41. arcessit subito sine causa puerum Teano; Cluent. 27. atque etiam incensa odio pristino Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit; ib. 181. videtis ... non sine necessariis me ac maximis causis principio orationi meae de matre dixisse; ib. 188. ego is consul, ... qui saepe et sine causa tumultuer? leg. agr. II, 101. saepe etiam sine ulla aperta causa tit aliud atque existimaris; Muren. 35. at ego hoc totum non sine causa relinquo; dom. 42. in qua provincia ... usus quidam (erat) provincialis, non sine causa a maioribus huic aetati tributus; Cael. 73. neque enim sine causa de Cn. Publicio Menandro ... ad populum latum est ‖ latum‖, ut ..; Balb. 28. itaque hoc non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt ..; Milo 8. cum Brundisium iterque illud, quod tritum in Graeciam est, non sine causa vitavissem; Phil. I, 7. ne sine causa videretur edixisse, ut senatus adesset; ib. III, 24. non sine causa legatorum [istam] missionem semper timui, numquam probavi; ib. VII, 1. quem enim cursum industria mea tenere potuisset sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis? ib. VIII, 11. hi subito hortari ad pacem, quod iam diu non fecissent, non sine causa videbantur; ib. XII, 2. quid? vir fortissimus Pansa sine causa paulo ante tam accurate locutus est tam diu? ib. 6. duo praetores sine causa diffusi se aliquid habituros; ib. XIII, 26.

**causa,** wegen: I. **nach Pronomina:** 1. **perſönliches:** sui: quod illi semper sui ‖ sua‖ causa fecerant; Verr. III, 121.

2. **Poſſeſſiva:** mea: ut mea causa falsum in codicem referret? Qu. Rosc. 1. ut mea causa mentiatur; ib. 48. mentire mea causa ib. 49. qui se omnia mea causa debere arbitrabatur; Verr. a. pr. 23. quod mihi lex mea causa dedit ‖ det‖, eo mihi non uti non licebit? nam accusandi mihi tempus mea causa datum est; ib. I, 25. quod babet lex in se molestissimum, [bis ut causa dicatur,] quod aut mea causa potius est constitutum quam tua aut nihilo tua potius quam mea; ib. 26. non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu laborasse; Vatin. 7. sed nihil sit factum mea causa; ib. 8. ut tu me carum esse dixisti senatui populoque Romano non tam mea causa quam rei publicae; ib. 9. an vero putas idcirco minus iudices mea causa facturos, quod me esse gratum crimineris? Planc. 78.

tua: ego vero cupide et libenter mentiar tua causa; Qu. Rosc. 49. quae si rei publicae causa faceres, in vendendo essent pronuntiata; quia tua causa faciebas, quod erat imprudentia praetermissum, id ... reprehendisti; Verr. III, 51. cui cum rei publicae causa faveo tum etiam tua; Phil. X, 4. ſ. mea; Verr. I, 26.

sua: causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intellegebat; Sex. Rosc. 149. his operam tuam pollicebere, qui te neque velle sua causa nec, si cupias, posse arbitrantur? div. Caec. 21. hoc sua causa etiam M. Marcellum ipsum sperabat esse dicturum; Verr. IV, 91. sapientis omnia sua causa facere; Sest 23. neque enim Pompeius me sua causa quicquam facere voluisset invitum; Rab. Post. 33.

vestra: sed mehercule vestra reique publicae causa, iudices, nolo ..; Verr. V, 173.

3. **Demonſtrativa:** is: istuc totum DALO MALO additur in hoc iudicio eius causa, qui agit, non illius, quicum agitur; Tull. 26. — dubitare quisquam potest quin honestius sit eorum causa, apud quos quaestor fueris, quam cum, cuius quaestor fueris, accusare? div. Caec. 65. explanandum est enim diligentius eorum causa, qui locum ignorant; Verr. V, 96. hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se praecipitatos ex locis superioribus dicerent? Caecin. 50.

ipse: quibus est a vobis et ipsorum et rei publicae causa consulendum; imp. Pomp. 6.

hic: qui cum huius causa dies noctisque vigilaret ..; Cluent. 198. illud unum vos ... obsecro, iudices, cum huius, quem defendo, tum communis periculi causa, ne ..; Planc. 56.

iste: qui hoc istius causa decreverunt; Verr. II, 180. qui istius causa cupiunt omnia; ib.

ille: additur illius iam hoc causa, quicum agitur; Tull. 44. ſ. is; Tull. 26.

4. **Relativ:** qui: „ut is absolvatur, cuius ego causa laboro“; div. Caec. 23. confestim ad eam, cuius causa venerat; Phil. II, 77. — cum ea res, cuius causa verba quaesita sint, intellegatur; Caecin. 51. ut rem, cuius causa verba sunt, non considerarent; ib. 54. ea res, cuius causa verba haec in interdictum coniecta sunt; ib. 63. — quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum; div. Caec. 11. quorum causa lex sit constituta; ib. 19. qua de causa et quorum causa ille hoc promulgaverit ‖ promulgavit‖; leg. agr. III, 15.

II. **nach Subſtantiven:** accusatoris; Verr. I, 26. — aerarii; leg. agr. I, 4. — et amicitiae et rei publicae; sen. 21. — animi; Sex. Rosc. 133. Phil. VII, 18. animi sui; Piso 65. animi et aurium; Sex. Rosc. 134. — auspiciorum; leg. agr. II, 27. 31. — auxilii; Quinct. 63. non morae, sed auxilii; ib. 65.

beneficii; Piso 92. beneficii gratiaeque; Verr. III, 115. ſ. rei publicae; Verr. II, 137. — brevitatis; Cael. 54.

Caesaris; Ligar. 25. ſ. rei publicae; Vatin. 15. — tui capitis; Verr. II, 98. — comitiorum, ludorum censendique; Verr. a. pr. 54. non ... iudicii, sed comitiorum consularium; Scaur. 30. — concordiae; Phil. I, 23. XIII, 10. pacis, otii, concordiae, libertatis, salutis, vitae denique omnium nostrum; Muren. 78. — consuetudinis; Cluent. 1. — contumeliae; Piso 68. honoris [potius quam contumeliae]; Verr. a. pr. 18.

suae delectationis; Verr. II, 83. — deliciarum; Phil. XIII, 26. deliciarum causa et voluptatis; Rab. Post. 26. — deprecationis; Sest. 27. — dicis; Verr. IV, 53. — dignitatis; Piso 65. ſ. rei publicae; Phil. IV, 18.

exempli; Sex. Rosc. 27. Verr. II, 183. Cluent. 119. Muren. 27. Phil. XIII, 2. — et homiuum existimationis et communis humanitatis; Quinct. 51. illa victoriae, haec bonae existimationis; Qu. Rosc. 15. — EXSILII; Quinct. 60. exsilii; ib. 86. Phil. V, 14.

FRAUDATIONIS; Quinct. 60. fraudationis; ib. 74. vel generis vel vetustatis vel homiuis; Flacc. 106. — gloriae; Flacc. 13. Arch. 23. gloriae causa atque ostentationis; Verr. III, 3. — gratiae; Quir. 11. beneficii gratiaeque; Verr. III, 115.

hominis nequissimi; Verr. I. 73. unius hominis;

ib. 110. 116. cum communis salutis atque imperii tum ipsius hominis; imp. Pomp. 48. ſ. generis. — honoris; Sex. Rosc. 6. 27. 44. 46. Qu. Rosc. 18. 19. Verr. II, 150. imp. Pomp. 58. Cluent. 118. leg. agr. II, 61. Phil. II, 30. ✕. 31. cuius honoris; Sex. Rosc. 132. Matrinii honoris; Verr. V, 15. honoris tui; Verr. II, 151. honoris sui; Sex. Rosc. 98. honoris populi Romani; dom. 111. ſ. contumeliae; Verr. a. pr. 18. — humanitatis: ſ. existimationis; Quinct. 51.

imperii: ſ. hominis; imp. Pomp. 48. — insidiarum; leg. agr. II, 13. — ioci; Phil. II, 42. — huius iudicii; Verr. IV, 17. Arch. 8. ſ. comitiorum; Scaur. 30.

largitionis; leg. agr. I, 4. — laudationis; Verr. II, 45. — liberorumne? dom. 34. — libertatis omnium; Milo 80. ſ. concordiae; Muren. 78. — libidinis; Sest. 110. Planc. 30. Phil. II. 45. — lucri sui; Phil. II, 102. — ludorum: ſ. comitiorum; Verr. a. pr. 54.

memoriae; Phil. I, 19. aeternae memoriae; Fr. B. VI, 24. — misericordiae Planc. 83. — ne monumenti quidem; Sex. Rosc. 146. — non morae, sed auxilii; Quinct. 65.

ne ominis quidem; Sex. Rosc. 139. — OPERIS; Verr. I, 146. — ornamenti; Verr. IV, 18. — gloriae causa atque ostentationis; Verr. III, 3. — otii mei; Sest. 74. ſ. concordiae; Muren. 78.

patriae denique; dom. 98. — pacis; Phil. II, 100. ſ. concordiae; Muren. 78. — periculi: ſ. II, 3. hic; Planc. 56. — pernicii; Sex. Rosc. 131. — petitionis; Muren. 74. — *pietatis*; Scaur. 45. — possessionis; Caecin. 47. — posteritatis; Sulla 45. — praedae; Phil. VII. 18. — praesidii; Verr. I, 86. Flacc. 28. Phil. V, 27. praesidii sui; Phil. II, 112. praesidii et vecturae; Verr. V, 45. ſ. IV. Flacc. 27.

quadridui; Verr. IV, 6. — tui quaestus; Verr. III, 73. sui quaestus; ib. II, 169. III, 40. non populi Romani, sed tui quaestus; ib. III, 119.

aut spectandi aut etiam religionis; har. resp. 24. — eius rei; Verr. II, 96. IV, 104. huiusce rei; Sex. Rosc. 96. cuius rei? ib. cuius rei; Caecin. 7. quarum rerum; Vatin. 34. rei tuae; Phil. II, 78. rerum privatarum; leg. agr. II, 45. ſ. I, 4. Caecin. 51. 54. 63. — rei publicae; div. Caec. 6. Verr. I, 70. III. 1. Font. 17. Caecin. 57. imp. Pomp. 71. Cluent. 73. Muren. 86. Flacc. 98. dom. 97. 98. ✕. Sest. 71. 89. 101. Vatin. 7. 8. prov. cons. 20. 28. 40. 47. Rab. Post. 20. Phil. II, 1. VIII, 7. 18. beneficii, non rei publicae causa; Verr. II, 137. et amicitiae et rei publicae; sen. 21. non solum rei publicae causa, verum etiam Caesaris; Vatin. 15. primum rei publicae causa, deinde etiam dignitatis tuae; Phil. XIV, 18. ſ. I, 2. mea; Vatin. 7. 9. tua; Verr. III, 5. Phil. X, 4. vestra. 3. ipse. — regis Deiotari; Deiot. 39. — rogationis Cacciliae; Sulla 62.

meae salutis; dom. 99. salutis meae; Sest. 129. salutis omnium; div. Caec. 9. Catil. IV, 8. populi Romani salutis; Verr. V, 183. ſ. concordiae; Muren. 78. hominis; imp. Pomp. 48. — vestrarum sedum templorumque; Sest. 45. — sociorum; div. Caec. 17. Verr. a. pr. 42. II, 15. III, 127. 218. V, 126. — spoliorum; Sex. Rosc. 145. — stupri; Verr. V, 34. — supplicii; Sex. Rosc. 44. 46. Verr. IV, 73. Catil. IV, 7.

templorum: ſ. sedum. — temporis; Qu. Rosc. 50. Verr. I, 56. Muren. 62. Flacc. 36. 37. Planc. 72. 74. temporis, credo, causa; Rab. Post. 36. — togatorum enim; Verr. II, 166. — tribulium; Muren. 73.

vadimonii; Verr. V, 34. — praesidii et vecturae; Verr. V, 45 — verbi; Verr. II, 129. Milo 60. ſ. IV. Verr. IV, 2. — Verris; Verr. II, 64. — vetustatis; ſ. generis. — illa victoriae, haec bonae existimationis; Qu. Rosc. 15. — virtutis; Verr. II, 23. Balb. 26. 37. 44. — vitae: ſ. concordiae; Muren. 78. — voluptatis; Cael. 41. deliciarum causa et voluptatis; Rab. Post. 26.

III. **nach Gerundien:** agendi: ſ. fraudandi; Quinct. 52. — comitiorum, ludorum censendique: Verr. a. pr. 54. — colendi aut pascendi; Caecin. 59. non colendi, sed violandi; Sest. 56. — comparandi; Piso 3. — defendendi haec causa, non gloriandi eloquor; Cael. 45. — neque disputandi causa, ... sed ita vivendi; Muren. 62. — donandi; Verr. III, 185. — exigendi; Flacc. 86. — non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia; Sex. Rosc. 45. — fraudandi; Quinct. 84. 86. Verr. II, 59. male agendi causa fraudandique; Quinct. 52. — gloriandi: ſ. defendendi. — inquirendi; Verr. I, 16. II, 138. — iudicandi; Cluent. 159. — iurandi; Balb. 12. — [non repugnandi, sed moriendi causa]; Sest. 76. — natandi; Cael. 36. — ne obiciendi quidem; Sex. Rosc. 38. — ne orandi quidem; Verr. IV, 101. — colendi aut pascendi; Caecin. 59. — non .. recitandi causa .., sed recognoscendi; Vatin. 5. — [repugnandi]: ſ. moriendi. — ne simulandi quidem: Verr. II, 136. — aut spectandi aut etiam religionis; har. resp. 24. — speculandi; Verr. V, 161. — non colendi, sed violandi; Sest. 56. — vivendi: ſ. disputandi.

IV. **nach Gerundiven:** confirmandi mei; Quinct. 78. patris ulciscendi; Sex. Rosc. 66. suine maleficii occultandi? ib. 122. iudicii corrumpendi; Verr. II, 57. non ambitionis *tollendae* neque beneficiorum conlocandorum, sed pecuniae conciliandae; ib. 137. augendi criminis; ib. III. 46. cogendae pecuniae; ib. 172. non enim verbi neque criminis augendi; ib. IV, 2. belli faciendi; ib. V. 18. levandi cruciatus sui; ib. 119. aut distrahendarum controversiarum aut pecuniorum maleficiorum; Caecin. 6. iuris retinendi; ib. 33. fami ... diripiendi; imp. Pomp. 23. huius opprimendi; Cluent. 18. ornandae orationis; ib. 58. gratiae conciliandae; ib. 87. conciliandae gratiae; ib. 100. medicinae exercendae; ib. 178. conquirendorum et conducendorum testium; ib. 192. hereditatum obeundarum; leg. agr. I, 8. coloniarum deducendarum; ib. II, 31. interficiendi Saturnini; Rabir. 19. occidendi hominis; ib. non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum; Catil. I, 7. consulum et principum civitatis interficiendorum; ib. 15. vitandae suspicionis; ib. 19. invidiae meae levandae; ib. II, 15. belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi; ib. III, 4. interimendorum sacrorum; Muren. 27. non solum praesidii, sed etiam ornandi imperii causa; Flacc. 27. neque ... partiendae invidiae, sed communicandae laudis; Sulla 9. propulsandae calamitatis suae; ib. 88. conservandae civitatis; Quir. 1. conservandae rei publicae; dom. 5. vertendi, hoc est mutandi, soli; ib. 78. asciscendae laudis causa potius quam crimicis depellendi; ib. 95. conservandorum civium; ib. 98. imbris vitandi; ib. 116. imaginis ornandae; Sest. 19. partim adipiscendae laudis, partim vitandae turpitudinis; ib. 48. transferendi in nos criminis; ib. 82. auctoritatis exquirendae; Vatin. 24. suae dignitatis augendae; ib. 39. deformandi huius causa *et* detrahendae spoliandaeque dignitatis gratia; Cael. 3. depellendi criminis; ib. 31. eiusdem Clodiae necandae; ib. 51. inspiciendi nominis; Balb. 11. deprecandae malevolentiae; ib. 18. mei capitis conservandi; Piso 34. itineris faciendi; Planc. 65. patris ulciscendi; Milo 8. hominis occidendi; ib. 11. ✕. sui defendendi; ib. Phil. I, 27. derivandi criminis; Milo 29. vini exalandi, non ingenii acuendi; Phil. II, 42. refellendi mei; ib. VI, 9. liberandi populi Romani; ib. VIII, 32. Dolabellae persequendi; ib. XI, 21. eius belli gerendi; ib. 30. ✕. Pompei conveniendi; ib. XIII, 13.

**causor.** als Grund vorſchützen: si planum facio post hanc recentem stipulationem Roscii IIS CCCIDDD a Flavio te abstulisse, num quid causare

||causae est|| quin ab iudicio abeas turpissime victus? Qu. Rosc. 41.

**caute,** vorſichtig: ago: sine quo nihil satis caute, nihil satis callide posset agi; Caecin. 15.

compono: ac si hoc iuris non unius hominis causa edixisses, cautius composuisses; Verr. I, 110.

dico: quae tamen a me pedemptim cauteque dicentur; Verr. a. pr. 18. a me tamen, ut aequum est, omnia caute pedetemptimque dicentur; Cluent. 118.

efficio: quod igitur et conari occultius et efficere cautius potuit, id ..; Deiot. 18.

**cautio.** Vorſicht, Sicherung: 1. est: tua enim cautio nostra cautio est; Marcell. 21. — diligeus: utrum igitur in nefariis civibus ulciscendi, cum possis, an pertimescendi diligentior cautio est? Phil. VII, 3. — facilis: defendendi facilis est cautio, non solum latibulis occultorum locorum, sed etiam tempestatum conversione et moderatione; Flacc. 31. — haec: Rulli cautio est haec: QUI POST C. MARIUM Cn. PAPIRIUM CONSULES; leg. agr. III, 6.

II, 1. facio: sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur provinciarum; dom. 129.

2. discedo ab: videte ... quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia discedere; Font. 12.

III. consuetudo: est hoc primum et ex condicione iuris et ex consuetudine cautionis gravissimum et firmissimum argumentum; Qu. Rosc. 37.

IV, 1. devincire: hunc vir clarissimus ... omni cautione, foedere, exsecratione devinxerat nihil in tribunatu contra me esse facturum; Sest. 15.

retineri: ceteri fructus omnium rerum, qui in spe legis [huius] positi sunt, communi cautione atque aequa ex ||ei, al.|| parte retinentur; leg. agr. II, 22.

2. in: quam diem qui istum eripiendum redemerunt in cautione viderunt, cum ita caverent, si post Kalendas Ianuarias in consilium iretur ..; Verr. I, 31.

sine: si quidem siue cautione et repromissione nihilo minus id Fannius societati, hoc est Roscio, debebat; Qu. Rosc. 56.

**cautor,** Sicherſteller, Abwender: terreo: quod ille nefarius ... parum se foedus violaturum arbitratus est ||arbitratus||, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset; Sest. 15.

**cautus,** vorſichtig, ſicher, geſichert: I. **bei Subſtantiven:** alqs: quo in reo, qui absolvit ambitiosus, qui distulit cautus, qui condemnavit constans existimatur; Cluent. 108. nemo me minus timidus, nemo tamen ||nemo|| cautior; Phil. XII, 24. possumne igitur satis videri cautus, satis providus, si me huic itineri ... commisero? ib. 25.

consilia: fortitudo dimicare iubet ...: quid sapientia? cautioribus utitur consiliis, in posterum providet, est omni ratione tectior; Phil. XIII, 6.

homines: itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse; Sex. Rosc. 117.

iureconsulti: qui ... [ab ipsis cautis iureconsultis eorum ||*capsis iureconsultorum*, al.|| sapientiam compilarit]; Muren. 25.

pars: tametsi bestiae sunt, tamen iu eam partem potius peccant, quae est cautior; Sex. Rosc. 56.

res: cum uteretur uxoris dote numerata, quo mulieri res esset cautior, curavit ut in eo fundo [dos] conlocaretur; Caecin. 11.

vir: quem virum ... certi homines [ad eam rem positi] monuerunt, ut esset cautior; Sest. 41.

II. **allein:** desinant igitur aut ei, qui non timent, simulare se timere et ||sed|| prospicere rei publicae, aut hi cauti ||ii||, qui omnia verentur, nimium esse timidi; Phil. X, 17.

**cedo,** weichen, nachgeben, nachſtehen, von Statten gehen, zufallen: I. **unperſönlich:** 1. **ſubſtantiviſch:** frangere: me ... scelus et furorem vestrum cedendo maluisse frangere quam resistendo; Vatin. 6.

2. **verbal:** is nunc impetum civium, cui necessario cedendum est, perhorrescit; Rabir. 36. qui C. illi Mario ... et eius invictis legionibus, ne armis conligeret, cedendum esse duxit; Piso 20. — nisi forte regium tibi videtur ... nemini cedere, multis obsistere; Sulla 25.

II. **perſönlich:** alqs: vos in sententiis ferendis civi parcere quam hosti cedere maluisse; Font. 35. non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda cessit audaciae; Caecin. 1. quasi vero ... nos non eo libentius tum audaciae cesserimus, quo nunc impudentiae facilius obsisteremus; ib. 2. Campanum agrum dividis; vos estis in possessione: non cedo; leg. agr. III, 15. sed tu ... ut temporibus rei publicae cedas, non est postulandum; Catil. I, 22. ut non modo nullius audaciae cedamus, sed etiam omnis improbos ultro semper lacessamus; ib. III, 28. ut neque minanti cederet neque cuiquam minaretur; Muren. 53. persequitur Hermippus, qui numquam istius impudentiae cessit; Flacc. 50. permitto aliquid iracundiae tuae, do adulescentiae, cedo ||*concedo*|| amicitae, tribuo parenti; Sulla 46. quem ... non rei publicae cedere, non fortunae ipsi succumbere (solitum esse scimus); ib. 71. illo ipso .. anno, cum ego cessissem; sen. 4. quid igitur ego cessi aut qui timor fuit? dom. 56. qui cum eorum omnium crudelitati scelerique cessissem ..; ib. 58. qui me consuluisse rei publicae, cessisse tempestati ... dixit; ib. 68. si ego in causa tam bona ... cessi tribuni plebis ... furori; Sest. 36. (Q. Metellus) cessit, ne aut victus a fortibus viris cum dedecore caderet aut ..; ib. 37. cum ego ... metu vestri periculi, non mei, furori hominis, sceleri, perfidiae, telis minisque cessissem; ib. 53. ille vero eidem tempori cui nos, eiusdem furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit; ib. 63. cesseram, si alienam a me plebem fuisse voltis, quae non fuit, invidiae; si commoveri omnia videbantur, tempori; si vis suberat, armis; si societas magistratuum, pactioni; si periculum civium, rei publicae; ib. 64. quaero enim cur Licinium titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus ista de manibus amiserit ||miserit, al.||; Cael. 66. omnem illam tempestatem, cui cesserim Caesare impulsore ... esse excitatam; prov. cons. 18. quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinae busto vobis ducibus mactatus essem; Piso 16. ac tamen ... neque ego cessissem et me ipsa suo complexu patria tenuisset, si ..; ib. 19. aliis impendentibus tempestatibus non cessi, sed [bis] unum me pro omnium salute obtuli; ib. 21. me posse rem publicam iterum servare, si cessissem; infinitam caedem fore, si restitissem; ib. 78. ita, si cedo illius ornamentis ..., largitionis recipienda suspicio est; Planc. 6. quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem receperit, iuverit, custodierit; ib. 26. quem (Q. Metellum) ... constat invitissimis viris bonis cessisse; ib. 89. ego enim . . ex illo incendio legum ... cedens ... Siciliam petivi animo; ib. 95. qua re in eo genere accusationis si viucerer, succumberem et cederem; Scaur. 16. quae (praesidia) si opposita Miloni putarem, cederem tempori; Milo 2. ego .. cum maerentibus vobis urbe cessi, iudiciumne timui? ib. 36. si ... urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset conquietura, ne ille ||† iste|| haud dubitans cessisset patria; ib. 68. quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent; ib. 75. „ego cedam atque abibo“; ib. 93. ut vix C. Marcello, optimo et amantissimo fratri, praeter eum quidem cederem nemini; Marcell. 34. cessit (Tubero) auctoritati amplissimi viri vel potius paruit; Ligar. 22. turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus cederet; Phil. I, 9. parum

mihi visus es eos, quibus cedere non soles, sustinere; ib. VIII, 1. sed uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisque gravitati; ib. IX, 9. eundem (Brutum) vidi postea Veliae, cedentem Italia, ne qua oreretur belli civilis causa propter se; ib. X, 8. durum videbatur: itaque fracti sumus, cessimus; ib. XII, 4. aut isto tuo, mihi crede, consilio erit utendum, ut cedamus, abeamus ..., aut ..; ib. 15. hnic cedamus? huius condiciones audiamus? ib. XIII, 16. utinam quidem illi principes viverent, qui me post meum consulatum, cum eis ipse cederem, principem non inviti videbant! ib. XIV, 17. nec vero tum timendum fuit, cum cessimus; Fr. B. XV, 11, 1. qui armis cessissem vel tuis urbanis, vel, ut opinio tum erat, alienis; ib. v, 4.

adulescentes: habet quidem certe res publica adulescentis nobilissimos paratos defensores: quam volent illi cedant otio consulentes; Phil. II, 113.

arma: ſ. **arma,** II, 1. cedunt (3 Stellen) S. 287, b.

audacia: qui si omnes viverent, bellum omnino hoc non fuisset; auctoritati cessisset audacia; Phil. XIII, 28.

civis: hunc tu civem ferro et armis ... domo et patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere curasti; dom. 5. cum ... (non) civis unus ex civitate, sed ipsa civitas tuo et Gabinii sceleri furorique cessisset; Piso 26.

civitas: ſ. civis; Piso 26.

defensores: ſ. adulescentes.

domina: quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius societatem gloriae se non offert: tibi cedit; Marcell. 7.

forum: quod si ita est, cedat, opinor, [Sulpici] forum castris, otium militiae, stilus gladio, umbra soli; Muren. 30.

genus: cedat consulari generi praetorium, ne contendat cum praetorio nomine equester locus; Planc. 15.

homines: itaque saucii saepe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt; Caecin 42.

imperator: „tuae dicis“ inquit „togae summum imperatorem esse cessurum“; Piso 73.

inimici: spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere inimici etiam solent; Milo 86.

libertas: at postea tuis armis cessit toga. quaeramus igitur utrum melius fuerit libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis tuis cedere; Phil. II, 20.

otium: ſ. forum.

populus: non enim comitiis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit precibus; Planc. 9.

privatus: bis servavi rem p. ‖servavi‖, qui ‖ut‖ consul togatus armatos vicerim, privatus consulibus armatis cesserim; dom. 99.

quaestus: ea autem faeneratio erat eius modi .., ut etiam is quaestus huic cederet; Verr. II, 170.

rex: ignosce, Caesar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit, quem nos omnes secuti sumus; Deiot. 12.

servator: cedere e patria servatorem eius, manere in patria perditores! Phil. X, 8.

stilus: ſ. forum. — toga: ſ. libertas.

vir: non dubitaturum fortem virum quin ... cederet aequo animo [legibus]; Milo 63. sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata accidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata civitate; ib. 81.

umbra: ſ. forum.

**cedo,** gieb her, laß hören, ſieh nur! I. **mit Ergänzungsſatz:** cedo, cui Siculo, cum is reus fieret, civis Romanus cognitor factus umquam sit; Verr. II, 106. satis verbose: cedo quid postea? Muren. 26. nulla supplicatio fuerit. cedo quis umquam cenarit atratus? Vatin. 30. iam cedo ... condemnato Gabinio utrum illa quo ea pecunia * * sit an nunc de ea? Rab. Post. 38.

II. **mit Object:** alqm: cedo mihi unum ex triennio praeturae tuae qui octupli damnatus sit; Verr. III, 29.

auctorem: unum cedo auctorem tui facti; unius profer exemplum; Verr. V, 67.

codicem: cedo, quaeso, codicem: circumfer, ostende; Verr. II, 104.

contionem: cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio contionem! Sest. 108.

decumas: cedo mihi C. Norbani decumas venditas; Verr. III, 117.

leges: cedo mihi leges Atinias, Furias, Fusias, ipsam, ut dixi, Voconiam; Verr. I, 109.

litteras: cedo Thermitanorum mihi litteras et testimonium; Verr. III, 99. cedo mihi eiusdem praetoris litteras et rerum decretarum et frumenti imperati; ib. V, 56. cedo mihi, quaeso, ex ipsius sinu litteras Syracusanorum; ib. 147.

rationem: cedo rationem carceris, quae diligentissime conficitur; V, 147.

senatorem: quid? cum senatores summis iniuriis adficis, quid aliud dicis nisi hoc: cedo mihi etiam istum [senatorem], ut ..? Verr. III, 96.

tabulas: est tanti; cedo tabulas; Verr. IV, 43. „non deduxi“ inquit „Sextilium.“ cedo tabulas. „non deportavi“; Flacc. 35.

testimonium: in Philodami iudicio dices id actum? cedo mihi ipsius Verris testimonium; Verr. I, 83. ſ. litteras; Verr. III, 99.

**celeber,** bejucht, volfreich, berühmt, gefeiert: contiones: de mea salute P. Lentuli ... ceterorumque principum civitatis celeberrimae et gratissimae contiones fuerunt; Piso 34.

conventus: ubi ... Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu; Verr. IV, 107.

dies: cum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent celeberrimum et sanctissimum; Verr. IV, 151.

forum: si tibi aliquis ad aurem accessisset et dixisset ...: cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia hoc ... tibi obiectum esset ..; Verr. III, 133.

gratulatio: ut idem dies ... me ... celeberrima populi Romani gratulatione auxerit; Phil. XIV, 16.

locus: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem cacite obscureque conceditur; Quinct. 50. quae (statua) erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco; Verr. II, 159. cum statuae sunt istius deiectae et eversae. at quo loco? celeberrimo ac religiosissimo: ante ipsum Serapim; ib. 160. celeberrimo loco palam tibi aedificari onerariam navem; ib. V, 46. vos ..., legum iudiciorumque arbitri et testes, celeberrimo in loco populi Romani locati, Castor et Pollux; ib. 186. quam (statuam) stare celeberrimo in loco voluerat; Piso 93. nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat; Milo 66.

monumentum: ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, ... audaciae suae monumentum aeternum reliquere? Verr. I, 129. cuius monumentum celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimum in litore Dyrrachino relictum est; Sest. 140.

oppidum: etiam senatores ... non in hortis aut suburbanis suis, sed Neapoli in celeberrimo oppido cum † maeciapella saepe videmus ‖videri, al.‖; Rab. Post. 26.

portus: an vero ignoratis portum Caietae celeberrimum ac plenissimum navium inspectante praetore a praedonibus esse direptum? imp. Pomp. 33.

res: clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima atque notissima; Verr. III, 61.

tractus: tractus ille celeberrimus, Venafranus, Allifanus ... se huius honore ornari ... arbitrabatur; Planc. 22.

urbs: primum Antiochiae ..., celebri quondam urbe et copiosa, ... celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit; Arch. 4. urbis enim celeberrimae et maximae partes adversum illud non monumentum, sed volnus patriae contuentur; dom. 146.

**celebratio,** zahlreicher Besuch: quae domus [quae] [!! quae, al.‖ celebratio cotidiana! quae familiarium dignitas! Sulla 73.

**celebritas,** Belebtheit, zahlreiches Zusammenkommen, Zudrang, Verherrlichung, Berühmtheit: 1. quae: quae species Italiae! quae celebritas oppidorum! quae forma regionum! Quir. 4.

tollit: praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis; Scaur. 45.

II, 1. antefero: num etiam in hac cotidiana ... vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam ... cuiquam ex infimo ... antelaturus? Piso 64.

2. cedo, 3. spolio: ut ... spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere inimici etiam solent, ambustus ... abiectus; Milo 86.

III, 1. florere: constat enim nullis umquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum ... floruisse; dom. 75.

honestare: quo die me populus Romanus ... domum sua celebritate laetitiaque comitatum honestavit; dom. 76.

laetari: ut ea (mulier) non modo solitudinem ... non quaerat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce laetetur; Cael. 47.

notus: hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus ..; Arch. 5.

placari: mihi Floram matrem populo plebique Romanae ludorum celebritate (esse) placandam; Verr. V, 36.

similis: quod enim his locis in provincia sua celebritate simillimum, regione proximum potuit, elegit; Verr. V, 170.

2. in: si hoc (non nupta mulier) in urbe, in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat ‖ facit, al.‖; Cael. 49.

**celebro,** zahlreich besuchen, beleben, erfüllen, verbreiten, feiern, verherrlichen, preisen: 1. **mit Ergänzungssatz:** 1. delatum [tum] est ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quem ad modum iste praeposteris verbis ... omnia ... fecerit; dom. 140.

2. quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Morenam nuntii litteraeque celebrarant ‖ celebrassent‖; Muren. 89.

II. **mit Object:** alqm: „tamen omni in hominum coetu gratiis agendis et gratulationibus habendis et omni sermone celebramur“; Milo 98.

aures: ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant; Arch. 12.

bella: cum ... omnia bella iure gentium conquiescant; Rab. Post. 42.

fletus: ne umquam conquiescere possit fletus bonorum; dom. 101.

Italia: si .. Italia a dilectu, urbs ab armis sine Milonis clade numquam esset conquietura; Milo 68.

navigatio: agri cultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit; imp. Pomp. 15.

sica: quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquievit? Milo 37.

vectigal: hoc solum in re publica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat; leg. agr. I, 21.

urbs: ſ. Italia.

**conquiro,** aufſuchen, aufſpüren, zuſammenſuchen: alqm: conquiri Diodorum tota provincia iubet; Verr. IV, 40. quam (Liberam) cum investigare et conquirere Ceres vellet; ib. 106.

alqd: iubet omnia conquiri; Verr. IV, 73. si quid ex litteris Syracusanorum conquirerem; ib. 136. quod ... alia quaedam inauia et levia conquiras; Planc. 63. ſ. colonos. gemmam.

acerbitates: cum iste omnis et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria vestra ..., sed ex annalium monumentis atque ex regum commentariis conquisierit; Rabir. 15.

argentum: ut omne argentum ... conquirendum curaret; Verr. IV, 50. ut Centuripinis ... omne argentum conquireret; ib.

argumenta: neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram; Scaur. 20.

colonos, flagitium: nedum isti a Rullo ... conquisiti atque electi coloni ... non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii; leg. agr. II, 97.

gemmam: nego in Sicilia tota ... ullum argenteum vas ... fuisse, ullam gemmam aut margaritam, quicquam ex auro aut ebore factum, signum ullum ..., nego ullam picturam ... quin conquisierit; Verr. IV, 1.

homines: cum undique nequissimos homines conquisisset; Verr. III, 22.

libros: si illi (libri) sunt vestri, quos tu impia mente conquiris; har. resp. 26.

litteras: cum litteras conquireremus; Verr. III, 154.

margaritam, picturam, signum: ſ. gemmam. — scelus: ſ. colonos.

scuta: scuta si quando conquiruntur a privatis in bello ac tumultu; Verr. IV, 52.

tabulas: quas (Apronii tabulas) ego cum conquirerem non inveni; Verr. III, 112.

testis: ipsa paulisper conquirendorum et conducendorum testium causa Larini est commorata; Cluent. 192.

vas: ſ. gemmam.

vitia: si unum hominem deterrimum poëta ... fictis vitiis ‖ fictis, al. ‖ conquisitis deformatum vellet inducere; har. resp. 57.

**conquisitio,** Werbung: conligi: exercitus ... superbissimo dilectu et durissima conquisitione conlectus omnis interiit; prov. cons. 5.

**conquisitor,** Werber: dictitant: ut non nulli conquisitores tui dictitarunt; Milo 67.

**conr —:** ſ. **corr.**

**consaluto,** begrüßen: mimam: aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti ... non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant; Phil. II, 58.

**conscleratus,** verrucht, frevelhaft: A. **bei Subſtantiven:** bellum: quoniam .. conscleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos ... tenetis; Catil. III, 16.

cives: quae (lex) de seditiosis conscleratisque civibus ... cotidie quaeri iubeat; Cael. 1. quod (bellum) cum impiis civibus conscleratisque suscepimus; Phil. XIII, 1.

exsectio: ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguae; Cluent. 191.

filii: quae (Furiae) dies noctisque parentum poenas a conscleratissimis filiis repetant; Sex. Rosc. 67.

furor: quod eorum conatus impios et furorem conscleratum repressi; Sulla 29.

homines: homines conscleratos impulsu deorum terreri furialibus taedis; Piso 46.

impetus: neque umquam ex illo delendi huius imperii tam conscleratus impetus exstitisset, nisi ..; Cael. 14.

latrones: subiit tamen vim illam nefariam conscleratorum latronum; Sest. 76.

mater: nemo (erat) quin terram ipsam violari ... vestigiis conscleratae matris putaret; Cluent. 193.

mens: quae mente conscelerata ac nefaria concupiverunt; Catil. II, 19.

pirata: C. Verrem in ea classe ... piratam ipsum conscleratum fuisse; Verr. I, 90.

proditio: tamen ista tua fuga nefaria proditio consulis tui conscelerata iudicaretur; Verr. I, 37.

vis: ut tua mihi conscelerata illa vis ... non propulsanda ... fuisse videatur; dom. 76.

voltus: cuius praesentis nefarium et conscleratum voltum intuebantur; Cluent. 29.

voluntates: horum ... voluntates .. conscleratas ac nefarias nec sanare potui nec tollere; Sulla 28.

B. **allein:** 1. filius: ne .. hic miser coniurati et conscelerati et proditoris filius nominetur; Sulla 88.

manus: servos tuos ... cum illa tua conscleratorum ac perditorum manu armatos etiam in Capitolium tecum venisse; dom. 6.

2. poenae in: deorum immortalium has esse in impios et conscleratos poenas certissimas; Piso 46.

**conscendo,** einſteigen, beſteigen: I. alqs: ab eo loco conscendi, ut transmitterem; Phil. I, 7. reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam; ib.

mercatores: cum ... mercatores e navi egredientis terreres, conscendentis ‖ *terreres, conscendentes* ‖ morarere; Vatin. 12.

II. navem: inde nocte intempesta ... navem conscendit; Piso 93.

**conscientia,** Bewußtſein, Mitwiſſenſchaft, Gewiſſen: 1. **Subject:** est testis: ſ. II, 1. accipio.

excogitat: scelerum magnitudo, conscientia maleficiorum ... hanc tertiam decuriam excogitavit; Phil. V, 15.

facit: ante ... conscientia timidum suspiciosumque faciebat? Verr. V, 74.

refrenat: cum eius animum ... conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret; Verr. III, 130.

terrent: suae (quemque) malae cogitationes conscientiaeque animi terrent; Sex. Rosc. 67.

II. **nach Verben:** 1. accipio, aestimo, divello: maximi .. aestimare conscientiam mentis suae, quam ab dis immortalibus accepimus, quae a nobis divelli non potest; quae si optimorum consiliorum ... testis ... nobis erit ..; Cluent. 159.

indico: an etiam cousilia conscientiasque eius modi facinorum supplicio dignas iudicarent; Cluent. 56.

pertimesco: ſ. timeo; Rab. Post. 11.

timeo: timuit mulier amens non suam conscientiam; Cluent. 187. occultat eadem (tabella) libidinem, cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam; Rab. Post. 11.

2. nitor: in gravi fortuna conscientia sua niteretur; Milo 83.

3. sum in: etsi .. satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat; Phil. II, 114.

III. **nach Subſtantiven:** contagio: ad quos conscientiae contagio pertinebit; Verr. V, 183.

fides: quis enim deprecatione deorum * non conscientiae fide commovetur? Qu. Rosc. 46.

poena: in eis, qui (iniuriam) fecerunt, sceleris et consientiae poena remansit; Piso 95.

scelus: eodem se conscientiae scelere devinxit; Cael. 52.

suspicio: qui non modo a facti ‖ facto ‖, verum etiam a conscientiae suspicione afuit; Cael. 23.

testis: post illam .. fugam et sceleris et conscientiae testem; Cluent. 25.

vis: quanta conscientiae vis esset ostendit; Catil. III, 11. magna vis (est) conscientiae; ib. 27. magna vis est conscientiae; Milo 61.

IV. **Umſtand:** 1. abici: debilitatus atque abiectus conscientia repente conticuit; Catil. III, 10.

agnoscere: cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum; Catil. I, 17.

convinci: cum ille ..., conscientia convictus, primo reticuisset; Catil. II, 13.

debilitari: ſ. abici.

erigi: erectus .. maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia; Phil. I, 9.

exanimari: Milonem ... nulla conscientia exanimatum Romam revertisse; Milo 61. ſ. mutus.

excitari: conscientia sceleris ... excitatus dixit ..; Verr. V, 73.

infrenari: horum alterum sic fuisse infrenatum conscientia scelerum et fraudium suarum, ut ..; Piso 44.

mutus: illum in iure metu conscientiaque peccati mutum atque exanimatum ac vix vivum relinquo; Verr. II, 189.

obligari: obligentur ... communi inter se conscientia; Verr. II, 177.

opprimi: utrum tu conscientia oppressus scelerum tuorum nihil umquam ausus sis scribere; Piso 39.

percellere: quae quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent; Milo 64.

perterreri: recentis maleficii conscientia perterritus omnia ... exponit; Cluent. 38.

profugere: peccatine conscientia me ‖peccati me conscientia‖ profugisse? dom. 95.

zum Satz: quoniam priore actione ... conscientia tua atque auctoritate meorum testium testem nullum interrogasti; Verr. V, 155.

2. propter: Fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis; Cluent. 81. quae propter conscientiam scelerum desperatio vitae! Phil. II, 88.

**conscisco,** zufügen, geben: mortem: ut homines propter iniurias ... decumanorum mortem sibi ipsi consciverint; Verr. III, 129. mortem sibi ipse consciisset; Cluent. 171.

**conscius,** bewußt, wissend, mitwissend: A. **bei Substantiven:** alqs: cosdem Romae fuisse legatos, illius ... socios furtorum, conscios flagitiorum; Verr. IV, 139. non modo conscio, sed etiam conviva et adiutore Oppianico; Cluent. 36. quem (C. Fabricium) ... conscium illi facinori fuisse arbitrabatur; ib. 56. qui ... C. Fabricium conscium maleficii condemnarant; ib. 59. qui .. dictus est adiutor fuisse et conscius, P. Asicius ‖Ascius, al.‖; Cael. 23. „horum" inquit „eram conscius"; Deiot. 21. eum, quem conscium tanti sceleris haberet; ib. ut fuisse in ea societate viderentur, cum [conscii] non fuissent; Phil. II, 25. „ex quo intellegi debet eum (Ciceronem) conscium fuisse"; ib. 30. P. Apuleius ..., meorum omnium consiliorum periculorumque ... testis, conscius, adiutor; ib. XIV, 16.

cives: in tanto civium numero magna multitudo est eorum, qui ... peccatorum suorum conscii novos motus ... quaerant; Sest. 99.

fratres: „fratres meos", inquit „quod erant conscii, in vincula coniecit"; Deiot. 21.

mens: huic facinori tanto tua mens liberalis conscia ... esse non debuit; Cael. 52.

parietes: non parietes conscios ... perhorrescet? Cael. 60.

patronus: qui ... patronum, quia conscius, condemnassent; Cluent. 60.

populi: ita populos habent universos non solum conscios libidinis suae, verum etiam administros; Verr. III, 76.

puer: uno ex servis puero non grandi conscio; Cluent. 179. puer ille conscius pertimuit; ib. 180. is ... a puero conscio est indicatus; ib. 183.

servi: accedat huc oportet odium parentis, ... servi conscii, tempus idoneum; Sex. Rosc. 68. in qua (manumissione) ... multarum rerum conscii servis cum causa praemium (est) persolutum; Cael. 68.

viri: ut tot viros primarios velim ... esse temeritati et mendacio meo conscios; Verr. IV, 124.

urbs: hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet ... flagitiorum omnium consciam; Verr. V, 160.

B. **allein:** (vgl. A. alqs): I. audent facere: illi ipsi tui convivae, consiliarii, conscii, socii verbum facere non audent; Verr. IV, 143.

deversatur: Rubrium, ... in omnibus eius modi rebus adiutorem suum et conscium, parum laute deversari dicit; Verr. I, 64.

sunt: satisne vobis multos, satis idoneos testis et conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quae ..? Font. 16.

II, 1. damno: cuius ministris conscii sque damnatis; Cluent. 125.

despicio: despiciens conscios stuprorum ac veteres vexatores aetatulae suae; Sest. 18.

nomino: nemo testis, nemo conscius nominatur; Cael. 55.

reperio: non facultas, non conscius ... reperietur; Cael. 53.

2. utor: quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? Cael. 57.

III. vehemens in: qui se in principem maleficii lenem, in adiutores eius et conscios vehementissimum esse respondet; Cluent. 106.

IV. indicia: consciorum indiciis, sua manu, voce paene litterarum coacti; Phil. II, 17.

**conscribo,** aufzeichnen, verzeichnen, eintragen, abfassen, ausheben, anwerben, versammeln: I. **absolut:** alqs: decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse; Planc. 45. (Plancium) sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribulis decuriavisse; ib. 47.

II. **mit Object:** alqd: quae .. promulgata illo anno fuerint ‖fuerant‖, quae promissa multis, quae conscripta; Sest. 66.

codicem: quid attinet codicem instituere, conscribere? Qu. Rosc. 6.

collinam: convocabat tribus, se interponebat, Collinam novam dilectu perditissimorum civium conscribebat; Milo 25.

conlegia: ut conlegia ... *ab* uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur; Sest. 55.

edictum: quam aequum edictum conscripserit; Verr. I, 106. (edictum) unius hominis causa conscriptum esse; ib. 116. f. legem; Verr. I, 143.

exercitum: quantum (exercitum) tua libido conscripserat; Piso 37. servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse; Milo 76. cum .. exercitum tantum tam brevi tempore ... conscripserit; Phil. V, 36.

fortunas: tu fortunas alterius litteris conscriptas in iudicium adferas? Cluent. 186.

homines: cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem; Quir. 13. cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur; Sest. 34.

legem: dicetis eundem (legem) conscripsisse qui illud edictum de hereditate; Verr. I, 143. ut eis ‖his‖ C. Claudius Appii filius Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet; ib. II, 122. legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere; leg. agr. II, 11. eam legem non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero esse conscriptam; ib. III, 3.

legiones: legiones conscripsit novas, excepit veteres; Phil. XI, 27.

liberos: cum in tribunali Aurelio conscribebas palam non modo liberos, sed etiam servos; dom. 54.

milites: quod C. Caesar ... milites veteranos ... conscripserit; Phil. V, 46.

orationem: orationem Stratonis conscribere de furto; Cluent. 184.

patres: (sing. f. Phil. XIII, 28): patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri; Verr. a. pr. 44. omen magis patribus conscriptis quam causa placuit; ib. I, 99. si patribus conscriptis videretur; ib. II, 95. orare patres conscriptos, ut ..; ib. 103. orant Siculi patres conscriptos, ut ..; ib. 147. illum viris fortissimis iudicarunt patres conscripti remittere de summa non potuisse; ib. III, 82. patres conscripti vocabantur; leg. agr. II, 93. [qui hos patres conscriptos ...] in invidiam vocatis; Rabir. 20. rem omnem ad patres conscriptos detuli; Catil. II, 12. patribus conscriptis ... parui; Sulla 21. ut aliquando vos patresque conscriptos ... memoria mei ... teneret; Quir. 1. quem patres conscripti custodem patriae iudicassent; dom. 102. qui pro me patres conscriptos deprecari ... vetarent; ib. 113. eas (inimicitias) se patribus conscriptis dixit ... permissurum; Sest. 72. de me uno patres conscripti decreverunt, ut ..; ib. 128. ut patres conscripti ex re publica funditus tollerentur; Vatin. 35. ut cum patribus conscriptis ... cenet; Piso 65. cum patres conscripti ... uni Plancio gratias egerint ‖egerit‖; Planc. 78. qui ... edicto .. suo non luctum patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint; ib. 87. tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es; Phil. II, 51.

opertis valvis Concordiae ... patres conscriptos sententias dicere; ib. V, 18. ut in patrum conscriptorum ... potestate sit qui in sua numquam fuerit; ib. VI, 4. pater conscriptus repente factus est; ib. XIII, 28. — patres conscripti (voc.); leg. agr. I, 14. 22. 27. Catil. I, 4. 9. 27. 29. 31. 32. IV, 1. 2. 3. 4. 6. 9. 11. 14. ✕. 16. 18. 20. sen. 1. 3. 30. ✕. 33. 36. 39. har. resp. 1. 3. 8. ✕. 11. 12. 14. 19. 55. 61. prov. cons. 1. ✕. 3. 8. 11. 18. 23. 25. 30. 32. 33. 38. 39. 47. ✕. Piso 18. 31. 32. 46. 52. 56. 81. Marcell. 1. 2. ✕. 13. Phil. I, 1. 7. 11. 13. 14. 15. 16. 23. 25. 38. II, 1. 5. 10. 11. 25. 37. 43. 59. 69. 76. 84. 92. 101. 108. 119. III, 1. 5. 7. 12. 29. 33. 34. V, 1. 2. ✕. 21. 26. 31. 33. 34. 36. 37. 41. 42. 47. 49. 51. ✕. 52. VII, 1. ✕. 7. 8. ✕. 9. ✕. 14. 19. 25. ✕. 27. VIII, 2. 4. 9. 22. 25. 31. 32. ✕. IX, 1. 3. 5. 8. ✕. 10. 14. X, 2. 7. 8. 23. ✕. XI, 1. 3. 7. 20. 21. 26. ✕. 35. 36. 38. 39. 40. XII, 1. 2. 3. 4. 7. 19. 21. 30. XIII, 1. 2. 7. 10. 12. 13. 22. 32. 48. XIV, 1. 3. ✕. 5. 6. 9. 10. 15. 17. 21. 30. 31. 34. 35. Fr. A. V, 1. B. XII, 5. XIII, 1, 1. VIII.

portenta: si tuus scriptor ... tibi ista non scita, sed portenta conscriberet; dom. 129.

quaestionem: illam nefariam mulierem .. eadem mann ... hanc fictam quaestionem conscripsisse; Cluent. 185.

scelera: cum cetera scelera stilo illo impuro ... conscripsisset; har. resp. 11.

scita: ſ. portenta.

servos: servos simulatione conlegiorum nominatim esse conscriptos; sen. 33. ſ. liberos.

testamenta: in qua provincia mortuorum testamenta conscripsit; har. resp. 42.

volumen: explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum Erucium conscripsisse; Sex. Rosc. 101.

**conscriptio,** Abfaſſung: eiusdem amentiae falsae conscriptiones quaestionum; Cluent. 191.

**consecratio,** Weihung, Bann, Verfluchung: l. est: quae tua fuit consecratio? dom. 106. sin ista consecratio legitima est; ib. 125.

habet: an consecratio nullum habet ius ‖habet, al.‖ dedicatio est religiosa? dom. 125.

II. verbum: unum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege; dom. 128.

III. sacrari: sanctiones sacrandae sunt aut ‖†aut‖ genere ipso atque ‖aut‖ obtestatione [et consecratione] legis aut poena ‖poenae‖; Balb. 33.

sacrosanctus: utrum capitis consecratione an obtestatione legis (Gaditanum foedus) sacrosanctum esse confirmas? Balb. 33.

**consecro,** weihen, bannen, verfluchen: alqm: esse se ‖esse‖ iam consecratum Miloni; har. resp. 7.

alqd: ſ. domum; dom. 125.

aedis: quia consecrabantur aedes, non privatorum domicilia, sed quae sacrae nominantur, consecrabantur agri, non ita ut nostra praedia, si qui vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret; dom. 128. ſ. **aedes,** B, I, 1. consecro (3 Stellen) ☉. 132, a.

agrum: ſ. aedis.

aram: ſ. **ara,** II, 1. consecro (5 Stellen) ☉. 270, a.

Aristaeum: Aristaeus ... una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus; Verr. IV, 128.

bona: ſ. **bonus,** B, II, 2, a, consecro (3 Stellen) ☉. 430, b.

campus: cui ... non campus consularibus auspiciis consecratus (vacuus insidiis fuit); Catil. IV, 2.

candelabrum: ſ. **candelabrum,** II. consecro (2 Stellen) ☉. 448, b.

caput: cum caput eius, qui contra fecerit, consecratur; Balb. 33.

Cupidinem: hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit; Verr. IV, 4.

delubra: delubra omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus ‖depopulatus‖ est; Verr. a. pr. 14.

domicilia: fore periculum, ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur; dom. 127. ſ. aedis.

domum: te meam domum consecrasse; dom. 51. cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse et eam isdem manibus consecrasse; ib. 105. verbone pontificis putetis ... domum unius cuiusque consecrari posse? ib. 119. tua domus certe et quicquid habes aliud Cereri est consecratum; ib. 125. quibusnam verbis aut quo ritu ... civis domum consecrares; ib. 132. in ea causa esse dixit domum meam, a religiosissimo sacerdote, P. Clodio, consecratam; har. resp. 9.

honorem: hostis ... honorem hominis deorum religione consecratum violare uoluit; Verr. II, 51. ut honorem hominibus habitum in monumentis eius modi non nulla religione deorum consecrari arbitrentur; ib. 158. tuus enim honos illo templo ..., tui nominis aeterna memoria simul cum templo illo consecratur; ib. IV, 69.

insulam: insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam; Verr. IV, 106.

Karthaginem: quam (veterem Karthaginem) P. Africanus ... ad aeternam hominum memoriam consecravit; leg. agr. I, 5. quam (veterem Karthaginem) .. P. Africanus ... de consilii sententia consecravit; ib. II, 51.

manubias: non dubitavit Martis manubias Musis consecrare; Arch. 27.

memoriam: ſ. honorem; Verr. IV, 69.

ministros: Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati; Cluent. 43.

montem: ut ... montem illum trans Anienem, qui hodie mons sacer nominatur, ... aeternae memoriae causa consecrarent; Fr. B. VI, 24.

opinionem: hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus; Sest. 143.

possessiones: ſ. domicilia. — praedia: ſ. aedis.

precationem: si illa sollemnis comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet ... religionem; Muren. 1.

simulacrum: cuius (Dianae) simulacrum ..., bis apud Segestanos consecratum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum ... curavit; Verr. V, 185.

terram: quae (lex) vetet iniussu plebis aedis, terram, aram consecrari ‖consecrare‖; dom. 127.

viros: (ei viri, qui tyrannos necaverunt,) prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur; Milo 80.

**consector,** nachjagen, haſchen: verba: si tam vere homines verba consectarentur, ut rem, cuius causa verba sunt, non considerarent; Caecin. 54.

umbras: ut levitatis est .. omnis umbras etiam falsae gloriae consectari; Piso 57.

**consenesco,** altern, ſich verzehren: alqs: otio et tranquillitate rei publicae consenescebat; Sest. 110.

filia: filia ... in ... fratris manibus et gremio maerore et lacrimis consenescebat; Cluent. 13.

invidia: falsa invidia ... spatio interposito et causa cognita consenescat; Cluent. 5.

**consensio,** Uebereinſtimmung, Einverſtändniß, Verabredung: l. accedit: si .. ad humanos casus .. sceleris etiam accedit insidiarumque consensio; Marcell. 23.

est aperta, magna: ut numquam maior consensio aut apertior populi Romani universi fuisse ulla in causa diceretur; Sest. 124. — nulla: ut

.. sit posthac bonorum consensio contra improborum furorem et audaciam; Rabir. 4. — tanta: tantam in omnibus bonis (fore) consensionem, ut ..; Catil. I, 32.

exsistit: nulla de illis magistratuum consensio (exstitit); sen. 38.

manet: manet illa in re publica bonorum consensio; Fr. B. XIII, VIII.

tollit: fidem .. ipsa tollit consensio, quae patefacta ||late facta|| est compromisso Sardorum; Scaur. 38.

valet: plus Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis hominum? Font. 16. ut nihil posthac ... consensio bonorum contra pestem ... civitatis valeret; Rabir. 2.

II. facio: nullaene consensiones factae esse dicuntur? Verr. V, 9.

nomino: cuiuscumque tribus largitor esset per hanc consensionem, quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur; Planc. 37.

patefacio: ſ. I. tollit.

peto: petita est ... consensio bonorum omnium; har. resp. 45.

III. plenus: constaus ratio, plena consensionis omnium; Sest. 87.

IV, I. restitui: ego ... tanta consensione Italiae .. restitutus; Quir. 18.

2. in: hoc bellum quintum civile geritur ... non in dissensione et discordia civium, sed in maxima consensione incredibilique concordia; Phil. VIII, 8.

per: ſ. II. nomino.

**consensus,** Uebereinſtimmung, Einmüthigkeit, Einverſtändniß, Verabredung: I. **abſolut:** conspirat: quis est qui horum consensum conspirantem et paene conflatum in hac prope aequalitate fraterna [non] noverit? Ligar. 34.

est: incredibilis: si ego ... consensu tam incredibili bonorum omnium ... cessi tribuni plebis ... furori; Sest. 36. — magnus: numquam maior consensus vester in ulla causa fuit; Phil. IV, 12. — quantus: recordamini ... quantus consensus vestrum (fuerit); Phil. V, 2. — tantus: tantus vester consensus de salute mea fuit, ut .; sen. 5. tantus .. est consensus municipiorum coloniarumque provinciae Galliae, ut ..; Phil. III, 13. sive tantus consensus omnium sine impulsu deorum esse non potuit; ib. IV, 10. — vinculum: neque est ullum amicitiae certius vinculum quam consensus et societas consiliorum et voluntatum; Planc. 5.

excitat, inflammat: quis est civis ... quem non excitet, non inflammet tantus vester iste consensus? Phil. VI, 18.

potest: ſ. est tantus; Phil. IV. 10. — II. perspicio.

valet: quantum ... vester .. consensus apud Antonium valiturus esset; Phil. VI, 3.

II. **nach Verben:** confirmo: ut ... veteranorum ..., tum legionis Martiae quartaeque mirabilis consensus ad rem publicam recuperandam ... confirmetur; Phil. III, 7.

conflo: ſ. I. conspirat.

debilito: consensus populi Romani ... debilitetur necesse est; Phil. VIII, 4.

divello: consensus ordinum est divolsus; har. resp. 60.

habeo: qui haberet ... consensum et concordiam civium; Phil. IV, 14. eum consensum Italiae (habemus) ..., ut ..; ib. VII, 20.

iudico: qui semper vestrum consensum gravissimum iudicavisset; Phil. IX, 8.

novi: ſ. I. conspirat.

omitto: omitto civitatium, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis ... meritis unum iudicium unumque consensum; dom. 75.

perspicio: in qua (contione) populi Romani consensus perspici *non* posset; Sest. 106.

recordor: recordare ... consensum illum theatri; Phil. I, 30.

sequor: qui ante sequi populi consensum solebant; Phil. I, 37.

III. **nach Subſtantiv:** patronus: fortissimus consul ..., patronus publici consensus; Milo 39.

IV. **Umſtand:** I. abstrahi: is ab hoc impetu abstractus consilio et copiis Caesaris, consensu veteranorum; Phil. III, 31.

approbare: cum meum ius iurandum ... populus Romanus una voce et consensu approbavit; Piso 7. quod vos quoque illum hostem esse tanto consensu ... approbavistis; Phil. IV, 2.

capere: fructum ... maximum cepit .. summo consensu senatus; Marcell. 3.

confirmari: quod genus ... consensu omnium est confirmatum; Scaur. 21.

convinci: eius devotionis me esse convictum ... consensu Italiae; Quir. 1.

defendi: cum ... summo .. consensu militum veteranorum ... populus Romanus defensus sit; Phil. III, 38. quod .. legio Martia atque quarta ... optimo .. in rem publicam consensu ... rem publicam ... defendant; ib. V, 46.

devincire: eosdem postea singulari inter se consensu et amore devinxit improbissimae naturae ... similitudo; XI, 2.

efferri: hic Dorylensis nuper cum efferretur magna frequentia † consensuque ||*consessu*que, al.|| vestro; Flacc. 41. quae tum ... uno consensu omnium ... in caelum laudibus efferebantur; ib. 103.

fieri: cum .. summo consensu populi Romani consulem fieri videbat; Milo 25.

frangere: consensu .. populi Romani facile hominis amentis fregissemus audaciam; Phil. III, 2.

gerere: quod ... consensu bonorum omnium pro salute patriae gessissem; dom. 94. omnium ordinum consensu pro salute rei publicae gesta resciderat; Milo 87.

iacere: ieci sententia mea maximo vestro consensu fundamenta rei publicae; Phil. V, 30.

mutare: pro uno cive et bonos omnis privato consensu et universum senatum publico consilio mutasse vestem; Sest. 27.

offendere: quem tanto studio consensuque offenderint ||cum tantum studium consensumque ostenderint||; Phil. XIII, 34.

opprimi: si res publica vi consensuque audacium armis oppressa teneretur; Sest. 86.

reddere: qui vestro singulari studio atque consensu parentum beneficia ... nobis ... reddidistis; sen. 2.

subvenire: incredibili studio et consensu provinciae Galliae rei publicae ... esse subventum; Phil. V, 36.

2. a: dari: cum bene de re publica meritis testimonium a consensu civitatis datur; Phil. XIV, 13.

**consentaneus,** übereinſtimmend, vernunftgemäß: aiqd: qui consentaneum fuerit ... appellatione improbissima te ad auxilium nefarium confugisse? Vatin. 34.

mors: cum ... eius .. mors consentanea vitae fuerit sanctissime ... actae; Phil. IX, 5.

**consentio,** übereinſtimmen, einig ſein, ſich vereinigen, verabreden: I. **abſolut:** aiqs: sibi de eo, quod coierit aut consenserit, causam esse dicendam; Cluent. 153. QUI ... COIERIT ..., CONVENERIT ..., CONSENSERIT; hoc vero cum infinitum tum obscurum et occultum; ib. 157. „an consentire (nos sit aequius), ne ludibrio simus inimicis“; Phil. XIII, 38.

magistratus: consentientibus ceteris magistratibus; Quir. 18.

populus: populo Romano consentiente; Phil. III, 36.

senatus: senatus consentientis auctoritate arma

sumpta; Deiot. 11. experietur consentientis senatus nervos; Phil. V, 32.

servi: quos (servos) ipse cum consilio belli faciendi causa consensisse iudicavit; Verr. V, 18.

voluntas: parumne haec signoficant incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Phil. I, 36.

vox: me ... frequentissimus senatus ... consentiente atque una voce revocavit; Piso 34.

II. **mit Ergänzung**: 1. **Infinitiv**: delere, al.: se urbem inflammare, civis trucidare, vastare Italiam, delere rem publicam consensisse; Phil. II, 17.

vendere: si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? leg. agr. I, 15.

2. **acc. c. infin.**: omnes mortales una mente consentiunt; omnia arma ... esse capienda; Phil. IV, 7.

3. **Dativ**: iudiciis: superioribus consentire iudiciis debuerunt; Cluent. 60.

principiis: his principiis reliqua consentiebant; Phil. I, 2.

4. **Präpositionen**: ad: qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem dignitatemque consentiunt! Catil. IV, 15. omnes ordines ad conservandam rem publicam mente, voluntate, voce consentiunt; ib. 18. non solum homines, sed etiam deos immortalis ad rem publicam conservandam arbitror consensisse; Phil. IV, 10.

cum: consentite cum bonis; leg. agr. I, 26. ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant; Muren. 1.

de: qui de communi salute consentimus; Vatin. 23. omnes enim iam cives de rei publicae salute una et mente et voce consentiunt; Phil. I, 21.

in: in qua (causa) omnes honestates civitatis, omnes aetates, omnes ordines una consentiunt; Sest. 109.

**consequor,** folgen, nachfolgen, einholen, erreichen, erhalten, gewinnen: I. **absolut**: alqs: Aurelia via profectus est; si accelerare volent ad vesperam consequentur; Catil. II, 6. cum verbis consequi non possim; Sest. 87. consecutus est Dolabella nulla ‖ Dolabella. nulla ‖ suspicione belli; Phil. XI, 5. causas, ut honorificentissimis verbis consequi potuero, complectar ipsa sententia; ib. XIV, 28.

alqd: illa videamus .., quae statim consecuta sunt; Sex. Rosc. 105. quae deinde sunt consecuta? Qu. Rosc. 32. attendite animos ad ea, quae consequuntur; leg. agr. II, 38. quod ... ex ea victoria, quae parta est, consecutum arbitramur; Phil. XIV, 1.

amentia: ut summus furor atque amentia consequatur; Sex. Rosc. 66.

annus: qui (annus) consequitur; Muren. 85.

caedes: ex quo caedes esset vestrum omnium consecuta; Phil. XIV, 15.

casus: quicumque casus consecutus esset; Phil. I, 38.

classis: Cassii classis paucis post diebus consequebatur; Phil. X, 8.

dies: consecuti dies pauci omnino Ianuario mense; Sest. 74. consequentibus diebus; Piso 52. proximo, altero, tertio, denique reliquis consecutis diebus; Phil. I, 32.

existimatio: de omnibus nobis ... non illa tacita existimatio ..., sed vehemens ac liberum populi Romani iudicium consequetur; Verr. V, 176.

fama: ne qua fama consequeretur eius modi; Font. 29.

furor: ſ. amentia.

gloria: gloria ex his immortalis est consecutura; Fr. B. XVI, III, 5.

gratulatio: quanta rei publicae causa laetitia populi Romani, quanta gratulatio consecuta est! Flacc. 98.

iudicium: ſ. existimatio. — laetitia: ſ. gratulatio.

legatio: Hispaniensis legatio consecuta est; Font. 6.

licentia: cum poena afuit et licentia consecuta est; Verr. III, 176.

ludi: hi ludi dies quindecim auferent; deinde continuo Romani consequentur; Verr. a. pr. 31.

tempus: in illo tempore civitatis, quod post mortem Caesaris consecutum est; Phil. V, 38.

tribunatus: consecutus est ipsius tribunatus; Sest. 62.

vilitas: si .. ubertas in percipiundis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendundis; Verr. III, 227. tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est; imp. Pomp. 44.

II. **mit Ergänzung**: ut: is suo labore suisque accessionibus [...] consequebatur, ut ad istum ... summa pecuniae referretur; Verr. II, 133. per quem, ut neque hoc idem posthac neque multa huius modi accidere possent, consecuti sumus; Phil. XIII, 31. ſ. III. alqd; Sest. 5.

ne: ſ. III. alqd; Cluent. 51.

III. **mit Object**: alqm: qui secum fugere et se consequi iussit; Verr. V, 104. uti C. Verrem ... dignus exitus eius modi vita atque factis vestro iudicio consequatur; ib. 189. hos vestigiis Oppianicus consecutus est; Cluent. 36. Sestius cum illo exercitu summa celeritate C. Antonium consecutus est ‖ consecuta, al. ‖; Sest. 12. ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium consecuta; ib. 51. cur tot viri ac tales hunc et unum et tam imbecillum ... non ... fugientem consecuti sint; Cael. 67.

alqd: ut neque nihil neque tantum, quantum postulavimus, consequamur; Qu. Rosc. 10. quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum; Verr. a. pr. 6. si quid in dicendo consequi possum; imp. Pomp. 2. quantum defensor purgandis criminibus consequi ... potuerit; Cluent. 3. si ... omnia dicendo consequi potuero; ib. 7. ut hoc, quod timide dicam, consecutus sim, ne quis illi causae patronum defuisse arbitraretur; ib. 51. „quid Habiti morte Scamander consequebatur? ib. 61. ut desperent id, quod conantur, se consequi posse; Catil. II, 19. id ... coniectura consequi possumus; ib. III, 18. quae a nobis consequuntur; Muren. 71. plus multo erunt vestris sententiis quam suis gladiis consecuti; ib. 79. esses omnia si minus re, at verbis legitimis consecutus; dom. 129. si modo id consequi potero, ut ... nihil a me ... praetermissum esse videatur; Sest. 5. hi suffragiis quod contenderant consequebantur; ib. 105. id facillime consequar; ib. 119. omnia .. ea me pudenter vivendo consecutum esse; Vatin. 6. te dis hominibusque invitis amore in te incredibili quodam C. Caesaris omnia quae velis consecuturum; ib. 28. quae nisi vigilantes homines ... consequi non possunt, omnia labore et diligentia est consecutus; Cael. 74. ita Gaditana civitas, quod beneficiis suis erga rem publicam nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli ... auctoritate, quod iudicio senatus, quod foedere, consecuta est; Balb. 35. quae cotidie labore huius et studio aut omnino aut certe facilius consequantur; ib. 43. haec pari loco orti sunt innumerabiles alii consecuti; Planc. 60. nihil dico quid res publica consecuta sit, nihil quid vos, nihil quid omnes boni; Milo 30. quid tandem erat quod ea nocte consequi posset? ib. 49. quid eo (Caesare) mortuo consequi ipse cuperet; Phil. III, 12. quae vix hodierno die consequemur; ib. V, 45. quod cum consequi neglexisset ..; ib. 49. quod profecto et pietate vestra et tanta concordia consequemini; ib. VI, 19.

amicitias: ſ. copias.

annonam: subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est; dom. 14.

auctoritatem: etsi id est aetatis, ut nondum (auctoritatem) consecutus sit; dom. 118. tertium

scis ex illo obsesso ... tribunatu consularem auctoritatem hominem esse adulescentem consecutum; Vatin. 16.

causam: tantam causam ... et diligentia consequi et memoria complecti; div. Caec. 39.

civitatem: si qui essent civitatem nostram beneficio populi Romani consecuti; Balb. 31.

conatus: qua (ratione) omnis illorum conatus investigare et consequi possim; Verr. a. pr. 48.

consulatum: si ob hanc facultatem homines saepe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt; Muren. 24.

copias: sin autem multorum virtus, ingenium, humanitas ex infimo genere ... non modo amicitias et rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem ..; Balb. 18.

cruciatus: ut omnis animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur; Catil. IV, 10.

diem: quae (nox) consecuta est posterum diem nonarum Novembrium; Sulla 52.

dignitatem: quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim; leg. agr. II, 2. quam (dignitatem) ego, etsi libente illo, tamen absente ‖illo‖ per vos consecutus sum; ib. 49. quasi ... ab eo facilius ob eam causam dignitatem quam volunt consequantur; Planc. 55. hinc honores amplissimos, hinc mediocris opes, hinc dignitatem ... consecuti sumus; Phil. VII, 7. quam (dignitatem) reliqua vita es consecutus; Fr. B. VIII, 18, a. f. copias.

facta: nullo modo possum omnia istius facta .. memoria consequi; Verr. IV, 57.

fortunam: (libertini homines) sua virtute fortunam huius civitatis consecuti; Catil. IV, 16.

fructum: meus labor ... ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus; imp. Pomp. 2.

fugam: si immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam; Phil. X, 20.

gloriam: eos ... esse immortalem gloriam consecutos; Sest. 143. per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus; prov. cons. 39. magnam mihi videbatur gloriam consecutus; Phil. I, 10. numquam ... tantam essent gloriam consecuti; ib. II, 5. cum illi eam gloriam consecuti sint, quae vix caelo capi posse videatur; ib. 114. quantam sitis a populo Romano laudem, quantam gloriam, quantam gratiam consecuti; ib. V, 2. quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est; ib. XIV, 31. f. copias.

gradum: cum altiorem gradum dignitatis beneficio populi Romani esset consecutus; Cluent. 150.

gratiam: f. gloriam; Phil. V, 2.

honorem: honorem .. neque ab uno neque ex hoc loco, sed ... laboriosissima ratione vitae ... consequemur; imp. Pomp. 70. qui ... honores ... perturbata (re publica) se consequi posse arbitrantur; Catil. II, 19. quasi honorem maiorum tuorum consecutus esses; Flacc. 74. qui ... iam erat a senatu illum honorem consecutus; Sest. 57. quod ... ampliorem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus; prov. cons. 27. „amplissimos honores ut pro dignitate tua consequare“; Planc. 13. qua (ratione vitae) minima invidia novi homines plurimi sunt eosdem honores consecuti; ib. 67. quem is honorem maiorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar? Phil. II, 110. f. copias. dignitatem; Phil. VII, 7.

imagines: qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt; leg. agr. II, 1.

immortalitatem: ita pro mortali condicione vitae immortalitatem estis consecuti; Phil. XIV, 33.

impunitatem: ut Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecutum putem; Planc. 3.

laudem: quam (laudem) hodierno die consecutus es; Marcell. 4. quibusnam verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? Phil. V, 35. f. copias. gloriam; Phil. V, 2.

libertatem: quia ... libertatem pax consequebatur; Phil. I, 32.

locum: vos ... piorum estis sedem et locum consecuti; Phil. XIV, 32.

magistratum: quem magistratum iam octingenti fere consecuti sunt; Planc. 60.

magnitudinem: qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum ... oratione ... consequi possit; Quir. 5.

memoriam: ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit; Phil. IX, 7.

mensem: offendit eum mensem, qui consequitur mensem comitialem; Verr. II, 130.

multitudinem: f. magnitudinem.

nobilitatem: qui ingenio ac virtute nobilitatem potestis consequi; Sest. 136.

noctem: nox illa, quam iste est dies consecutus; Flacc. 103.

nomen: amicitiae nomen ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus; Sest. 59. quod (nomen) cum esset ‖est‖ consecutus; Phil. XIV, 28.

opes: f. dignitatem; Phil. VII, 7.

optata: multa praeterea a dis immortalibus optata consecuti sumus; Quir. 5.

partem: non ... esset ullam partem istius nequitiae fugitivorum insolentia consecuta; Verr. III, 66.

pecuniam: tantam (pecuniam) licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur; Verr. III, 222.

praemia: quae (praemiae) erant pro scelere atque eversione patriae consecuti; prov. cons. 13.

pyxidem: si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit ‖*est*‖ fabula consecuta; Cael. 69.

quaestum: quis enim umquam ... consequendi quaestus studio ... tot loca adire ... potuit? imp. Pomp. 34.

scientiam: quam (scientiam) si omnes consecuti sunt ..; dom. 117.

sedem: f. locum.

sententiam: qui legum praemiis praeturiam sententiam et praetextam togam consequuntur; Balb. 57.

HS: decem his annis proximis HS sexagiens honestissime consequi potuit; Qu. Rosc. 23.

togam: f. sententiam.

victoriam: cum .. ex rei publicae causa iam esset ... gloriosam victoriam consecutus; Cael. 18.

**consero,** anlegen: I. absolut: „INDE IBI EGO TE EX IURE MANU ‖ MANUM ‖ CONSERTUM VOCO“; Muren. 26. „UNDE TU ME .. EX IURE MANU ‖ MANUM ‖ CONSERTUM VOCASTI“; ib. „non ex iure manu ‖ manum‖ consertum, sed ferro .. rem repetunt“; ib. 30.

II. manum: signa contulit, manum conseruit; Muren. 20.

**conservatio,** Erhaltung, Rettung: I. incito ad: non ad conservationem earum rerum, quas habebant, sed ad spem novarum praedarum incitabantur; Phil. I, 6.

II, 1. contineri: maximam pietatem conservatione patriae contineri; Phil. XIII, 46.

2. ob: mihi consuli supplicatio ... ob conservationem civium ... decreta est; Phil. XIV, 24.

**conservator,** Erhalter, Retter: I. **absolut:** 1. sum: quem vos patriae conservatorem esse sacpissime iudicaritis; har. resp. 58. nisi ... conservatores .. rei publicae sint; Phil. II, 31. cuius (libertatis) ... non modo defensor, sed etiam conservator fui; ib. III, 28. si conservator rei publicae Brutus; ib. IV, 8.

2. Anruf: pro dei immortales, custodes et conservatores huius urbis atque imperii! Sest. 53.

II. **nach Verben:** 1. adficio: vos tanti conservatorem populi ... non modo honoribus nullis adficietis, sed etiam ad supplicium rapi patiemini? Milo 80.

complector: cum mihi ipsa Roma ... ad complectendum conservatorem suum progredi visa est; Piso 52.

dedo: tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini; Milo 58.

deterreo: si Themistoclem illum, conservatorem patriae, non deterruit a re publica defendenda .. Miltiadi calamitas; Sest. 141.

fero: tu me conservatorem et custodem (rei publicae) feras; Vatin. 7.

habeo: habebat inimicum C. Marium, conservatorem patriae; Sest. 37. hi semper babiti sunt optimatium principes, auctores et conservatores civitatis; ib. 138.

iudico: quem (civem) hic ordo ... conservatorem patriae iudicarat; Piso 23. „quem (civem) omnes gentes urbis ac vitae civium conservatorem iudicarant"; Milo 73. cum ab hoc ordine ego conservator essem, tu hostis rei publicae iudicatus; Phil. II, 51. quem qui armis persequuntur || persequantur ||, conservatores rei publicae iudicantur; ib. III, 14.

nomino: illum conservatorem Asiae ... nominabant; Flacc. 60.

puto: hoc ... qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur; Sest. 98.

rapio: ſ. adficio.

2. importo: tantam importare meis defensoribus et conservatoribus calamitatem; Sest. 146.

III. **nach Substantiven:** monumentum: cum ... Gai .. Marii, conservatoris huius imperii, monumentum municipi eius ... salutem praebuisset; Sest. 116.

pestis: an de peste civis ..., conservatoris rei publicae, ... licuit tibi ferre .. legem? dom. 26.

**conservo,** erhalten, retten, wahren: I. **absolut:** ſ. II. maiestatem; Balb. 36.

II. **mit einfachem Object:** alqm: nisi eos, qui vobis fructui sunt, conservaritis; imp. Pomp. 16. conservate A. Cluentium; Cluent. 202. cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt; Catil. I, 7. quibus (diebus) conservamur; ib. III, 2. ut me conservato vestram in posterum dignitatem ... sanciret; sen. 8. quo animo in me conservando fuerit futurus; ib. 9. qui ... totam suam quaesturam in me sustentando et conservando conlocavit; ib. 35. ad me conservandum vos cohortati sunt; Quir. 16. propter eorum egregiam in me conservando voluntatem; dom. 9. an ... seguiores me praesente ad me retinendum et conservandum fuissent? ib. 57. ut ceteros conservarem; Sest. 45. ut ... eos conservetis, per quos me recuperavistis; ib. 147. quem si nobis, si suis, si rei publicae conservatis ..; Cael. 80. quod me ... conservarit; Planc. 26. cum per hunc me eis conservatum esse meminerim; ib. 69. ut mihi per hos conserves eum, per quem me tibi et bis conservatum vides; ib. 104. vos eosdem in hoc conservando futuros; ib. quibus tu etiam mortuis M. Marcello conservato dignitatem suam reddidisti; Marcell. 10. clementiae tuae iudicio conservati sumus; ib. 12. cum M. Marcellum deprecantibus vobis rei publicae conservavit; ib. 13. quoniam ex eadem acie conservat quos potest; ib. 17. qui a te conservati sumus; ib. 21. omnibus me rebus a te non conservato solum, sed etiam ornato; ib. 34. qua (misericordia tua) plurimi sunt conservati; Ligar. 1. si me ut sceleratum a te conservatum putarem; ib. 19. in Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies necessariis tuis; ib. 32. conserva igitur tuis suos; ib. 33. qui illum interfecerunt, a quo erant conservati; Phil. II, 5. omnia mihi videntur deorum immortalium iudicio expiata Sex. Pompeio rei publicae conservato; ib. V, 40. nisi forte eos, qui diadema imposuerint, conservandos ... putatis; ib. X, 7. qui D. Brutum omnibus opibus conservatum velint; ib. 17. qui (Brutus) ita conservandus est, ut ..; ib. XI, 24. eiusdem D. Bruti conservandi gratia consul sortitu ad bellum profectus A. Hirtius; ib. XIV, 4. ſ. fortunas; Catil. IV, 3.

alqd: nihil esse quod quisquam putaret se ... conservare ... posse; Verr. IV, 42. ut ... id per te ex praedonis domo conservare possint; ib. 80. iste omnia, quae requisivit, non ut conservaret, verum ut asportaret, requisivit; ib. 131. ne ... vobis turpissimum sit, id quod accepistis, tueri et conservare non posse; imp. Pomp. 12. qui haec omnia suo solius periculo conservarit; Catil. IV, 23. conservatis eis, quae paulo ante fundamenta ac membra esse dixi; Sest. 99. quorum alterum optare illorum crudelitatis est, alterum conservare clementiae tuae; Deiot. 43. ſ. bonum.

acta: quae (acta Caesaris) ... ita conservanda concordiae causa arbitratus sum, ut ..; Phil. I, 23.

agrum: ego agrum Campanum ... conservavi; Piso 4.

auctores: cum pacis auctores conservandos statim censuerit; Marcell. 15.

auctoritatem: non illius solum, sed etiam meam vocem et auctoritatem et vobis et rei publicae conservatam ... puto; Marcell. 2. conservate auctoritatem vestram; Phil. XIV, 3.

beneficium: conservate populi Romani beneficium; Muren. 90.

bonum: quod ex malis boni posset || possit || in rem publicam pervenire, id utilius esse per se conservari quam per alios; Sest. 63. ſ. fortunas; Catil. III, 1. Phil. XIV, 37.

caput: mei capitis conservandi causa Romam ... Italia tota convenit; Piso 34.

civem: ſ. **civis,** II, 1. conservo; dom. 98. Cael. 77. Phil. VIII, 15. XIII, 37 (☉. 520, b).

civitatem: dabitur (tabella) de ducibus auctoribusque conservandae civitatis; Flacc. 99. sin .. ea ... conservandae civitatis causa gessissem; Quir. 1.

coloniam: ego conservari coloniam populi Romani cupio; Phil. VIII, 17.

coniuges: ſ. fortunas; Catil. III, 1. IV, 3.

consuetudinem: ut ne praedonum quidem praetor in fide retinenda consuetudinem conservet; Verr. II, 78.

corpus: cum ... misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conservasset; Quir. 20.

custodem, defensorem: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniae ... in hoc .. casu ... per vos iuvari conservarique cupiunt; Sulla 61.

dignitatem: qui principes fuerunt conservandae salutis aut dignitatis meae; Balb. 59. ut conservem dignitatem tuam; Planc. 10.

disciplinam: alteri nostri imperii praesidio disciplinam suam legesque conservant; Muren. 74.

domicilium: ſ. fortunas; Catil. III, 1.

existimationem: ut ... ea (existimatio) diligenter conservata ac retenta videatur; Font. 28.

famam: ut ante conlectam famam conservet; div. Caec. 71. ſ. fortunas; Sex. Rosc. 25.

filium: conservate parenti filium, parentem filio; Cael. 80.

fortunas: ut et illius mortui famam et filii innocentis fortunas conservatas velit; Sex. Rosc. 25. rem publicam .. vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges liberosque vestros atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam ... urbem hodierno die ... vobis conservatam ac restitutam videtis; Catil. III, 1. conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras; ib. IV, 3. omnia ... constituta sunt ... populi Romani ... ad communis fortunas conservandas voluntate; ib. 14. cum .. rem publicam, urbem, templa deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosque conservarint dimicatione; Phil. XIV, 37.

genus: quod genus hominum studiosissime conservare debuisti; Verr. III, 75. aliud genus imperatoris sane diligenter ... conservandum .. cognoscite; ib. V, 25. a L. Bruto, principe huius maxime conservandi generis et nominis; Phil. III, 11.

gloriam: qui laudem gloriamque P. Africani tuendam conservandamque susecpit; Verr. IV, 82.

hominem: retinete hominem in civitate ..; parcite et conservate; Verr. II, 76. studium .. conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit; Rabir. 4. conservate .. hominem pudore eo, quem ..; Arch. 31.

imaginem: ſ. umbram.

imperium: cui ... cunctae gentes testimonium huius urbis atque imperii conservati dedissent; dom. 132. ſ. maiestatem; Rabir. 20.

ius: cum de eo mihi iure dicendum sit, quod ... conservatum (sit) usque ad hoc tempus; Caecin. 5. ius imperatorium, quod semper omnibus imperatoribus est conservatum; leg. agr. II, 60.

laudem: ſ. gloriam.

leges: quem ad modum sese unus quisque nostrum gerat in retinenda religione conservandisque legibus; Verr. a. pr. 46. ſ. disciplinam.

liberos: ſ. fortunas; Catil. III, 1. IV, 3. Phil. XIV, 37.

locum: qui cum (locum) ||Syracusanis locum||, quem eripere ... posset, conservavit ac reddidit; Verr. II, 50.

maiestatem: ut imperium populi Romani maiestasque conservaretur; Rabir. 20. MAIESTATEM POPULI ROMANI COMITER CONSERVANTO. ... verbi genus hoc CONSERVANTO, quo magis in legibus quam in foederibus uti solemus, imperantis est, non precantis; Balb. 35. 36. cum alterius populi maiestas conservari iubetur; ib. ut maiestatem populi Romani communiter conservent; ib. 37. potesne igitur nostra maiestas a Gaditanis benigne conservari, si ..? ib. ut maiestatem illi nostram conservare ||servare|| deberent; ib. 38.

morem: ut morem veterem Hennensium conservarent; Verr. IV, 113.

nomen: ſ. genus; Phil. III, 11. — otium: ſ. salutem; Sest. 5. — parentem: ſ. filium.

patrem: cui si patrem conservatis ..; Flacc. 106.

patriam: animum meum tum conservandae patriae cupiditate incendistis; Sulla 40. meis consiliis patriam conservatam esse; dom. 72. mihi uni testimonium patriae conservatae dedit; Sest. 129. cui nimis videtur senatus in conservanda patria fuisse crudelis; Piso 17.

patronum: ſ. custodem.

pecuniam: ut (pecunia) conservata magis quam correpta esse videatur; Balb. 56.

praedicationem: cuius enim praedicatio nondum omnibus grata est, hanc memoriae potius quam vocis testimonio conservemus; Piso XI, 35.

provinciam: quae (provincia Macedonia) cum se ac suas urbis non solum consilio, sed etiam manu M. Fontei conservatam esse dicat ..; Font. 44.

rationem: ut a me ... amicitiarum ratio conservata esse videatur; Cluent. 117.

